4° Liturg. 584

RITUALE
VIENNENSE
AD USUM ROMANUM ACCOMODATUM,
AUTHORITATE ET JUSSU
EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI
SACRÆ ROMANÆ ECCLESIÆ
PRESBYTERI CARDINALIS,
DOMINI, DOMINI
CHRISTOPHORI
E COMITIBUS MIGAZZI
DE WAAL ET SONNENTHURN,
S.R.I. PRINCIPIS,
ARCHI-EPISCOPI VIENNENSIS,
EPISCOPATUS VACIENSIS ADMINISTRATORIS
PERPET. INSIG. ORD. S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI
MAJORIS CRUCIS EQUITIS,
NEC NON
SAC. CÆS. ET CÆS. REGIÆ APOST. MAJEST.
ACTUALIS INTIMI CONSILIARII.
AD USUM
OMNIUM HUJUS ARCHI - DIOECESEOS
CURATORUM,
SS. SACRAMENTA MINISTRANTIUM,
ET PAROCHIALIA MUNIA OBEUNTIUM
ITERUM IN LUCEM EDITUM.

EX TYPOGRAPHIA ARCHI-EPISCOPALI A GHELENIANA 1774.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

NOS
CHRISTOPHORUS
SACRÆ ROMANÆ ECCLESIÆ
PRESBYTER CARDINALIS,
ET
ARCHI-EPISCOPUS
VIENNENSIS
UNIVERSO ARCHI-DIOECESIS NOSTRÆ CLERO

Salutem a Domino, & nostram Benedictionem.

Donum Dei, & fons salientis aquæ in vitam æternam, quam Samaritana mulier ignorabat, atque nesciebat, nunc manifestata, & sanctis ejus annuntiata sunt, cum divitias Gloriæ hujus fide duce, atque Magistrâ non obscurè, sed apertè cognoscimus, & perspicimus. Dilectissimi Fratres! Divina nempe gratia, & veritas, quam per Jesum Christum habemus, est de-

ſcendens illud deſurſum donum, fons ſalientis aquæ, quæ ex latere ejusdem Divini Auctoris, & Conſummatoris fidei noſtræ dimanat, cujus ſanguis, cum per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtuliſſet immaculatum Deo, emundat conſcientias noſtras ab operibus mortuis ad ſerviendum Deo viventi: per ipſum maxima, & pretioſa nobis promiſſa donata ſunt, ut per hæc Divinæ conſortes naturæ effecti, ſocietatem habeamus cum Patre, & Filio, ereptique de poteſtate tenebrarum translati ſimus in regnum dilectionis ſuæ.

Jam immenſa vero, & mirabilia bona, utilitates, & commoda, quæ ex paſſione Jeſu Chriſti in nos proficiſcuntur, gratiamque, quam ille in ara Crucis pro nobis meruit, per Sacramenta quaſi per alveum quendam in nos ipſos derivari, neque aliter ullam ſalutis ſpem nobis reliquam eſſe, fidelium ignorat nemo: quare clementiſſimus Dominus Sacramen-

menta verbo suo, & opere sancita in Ecclesia sua reliquit, per quæ passionis suæ fructum nobis reipsa, ac sine dubitatione communicaret, si modo unusquisque nostrum tantam salutem suo vitio non negligat, seque ad eam assequendam piè, & religiosè parare studeat. Cum enim conditio nostra, atque natura ea sit, ut ad earum rerum notitiam, quæ mente, atque intelligentia comprehensæ sunt, & virtute Dei occulta perficiuntur, nisi per ea, quæ aliquo sensu percipiuntur, aspirare possimus, summus rerum omnium Artifex, sapientissime fecit, ut jam ipsam virtutem aliquibus signis, quæ sub sensum cadunt, pro sua in nos benignitate declararet; Sacramenta vero ejusmodi Divina signa existere fide docemur.

Admirabili Baptismi Sacramenti virtute peccatum sive a primis Parentibus origine contractum, sive a nobis ipsis commissum

nobis condonatur, a filiis iræ in libertatem filiorum Dei transferimur, & Cæli aditus propter peccatum prius interclusus unicuique nostrum aperitur.

Confirmatio Baptismi gratiam perficit, quæ Dei charitate in cordibus nostris diffusa admirabili quadam ratione augetur in nobis, quod virtute ex alto induti, qui in baptismate ad militiam recepti fuimus, in confirmatione confirmamur ad pugnam, & Spiritus sanctus, qui in baptismate plenitudinem tribuit, & innocentiam, in confirmatione perfectionem ministrat, & gratiam.

Eucharistia sicut omnis sanctitatis Auctorem, & fontem in se continet, ita in ejus naturam quodammodo convertimur, & Jesu Christi Corpori tanquam Divina membra inserimur, & dum ejus carnem manducamus, & sanguinem bibimus, Benignissimus,

Di-

Divinusque Salvator in nobis manet, & nos in illo: propter illum vivimus, panisque, quem nobis dat, ejus caro est pro mundi vita.

Constans, atque perpetua Catholicæ Ecclesiæ, quæ columna, & fundamentum veritatis meritò appellatur, doctrina est: Sacramentum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum, non secus ac Baptisma nondum regeneratis, ad salutem necessarium esse, ac propterea secunda post naufragium tabula nuncupatur: ut enim confracta navi unum vitæ servandæ perfugium reliquum est, si forte tabulam aliquam de naufragio liceat arripere, ita post amissam Baptismi innocentiam nisi quis ad pænitentiæ tabulam confugiat, sine dubio suo in peccato morietur, ac æternum peribit.

Extremæ unctionis Sacramento gratia tribuitur, quæ peccata, & imprimis quidem le-

leviora, & ut communi nomine appellantur, venialia remittit, animamque a languore, & infirmitate, quam ex peccatis contraxit, & a cæteris omnibus peccati reliquiis liberat, atque fidelibus arma, & vires hoc Sacramento præbentur, quibus adversarii vim, & impetum frangere, & illi fortiter repugnare possint: allevatur enim, & erigitur ægri animus Divinæ Bonitatis spe, eaque confirmatus morbi incommoda omnia fert alacrius, ac ignea tela nequissimi facilius extinguit, timoremque mortis si non penitus expellit, magna tamen ex parte minuit.

Ordinis Sacramento usque ad consummationem sæculi ministrorum stabilitur successio: quemadmodum enim Salvator noster a Patre, Apostoli autem, & Discipuli in universum mundum a Christo missi sunt, ita quotidie sacerdotes eadem, qua illi potestate præditi, ad consummationem Sanctorum in opus

ministerii, in ædificationem Corporis Christi mittuntur, eaque imbuuntur gratia, ut tanto munere dignè fungantur.

Tandem Matrimonii Sacramentum magnum est in Christo & Ecclesia, & mirifici, ac indissolubilis illius vinculi naturam, vimque declarat, qua eadem immaculata sponsa Ecclesia cum Divino suo Sponso perpetuo conjungitur, illiusque virtutis, gratiæque caussa est, quæ in virum, & mulierem legitimo fædere conjunctos diffunditur, facitque, ut plebs Deo accepta, bonorumque operum sectatrix augeatur, atque multiplicetur.

Si igitur, Dilectissimi Fratres! hæc Divina, & cælestia munera tanta, & tam admirabili, certaque curandarum animarum virtute prædita sunt; si per ea immensæ illæ Dominicæ Passionis Divitiæ ad fidelem populum derivantur, quis nostrum non in-

telligat, vocationis, & sacerdotii nostri sanctitatem, potestatis ad nos perlatæ magnitudinem, & excellentiam, functionumque nobis concreditarum gravissima momenta. Nos enim, qui Presbyteri Dei in populo sumus, quos non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam clementissimus Deus esse voluit horum suorum Mysteriorum Dispensatores, Filii sui, quem constituit hæredem universorum, Ministros, fecitque, ut pro eodem legatione fungamur.

Verum hæc eadem Augusta, & Divina, qua ornamur, Dignitas, altissimusque Potestatis gradus omne studium, curam, & diligentiam a nobis postulant, ut quemadmodum in saluberrimis remediis, & Evangelicis Medicamentis ad animarum sanitatem vel recuperandam, vel tuendam conficiendis omnipotens Auctor, & sapientissimus Artifex nos sui loco adhibuit, posuitque, ita fideles reperiamur.

Etsi enim sive bonus, sive malus minister sit, modo ea forma, & materia utatur, quam ex Christi instituto semper Ecclesia Catholica servavit, idque facere proponat, quod Ecclesia in ea administratione facit, verè Sacramenta conficiat, & gratiæ fructum impedire non possit, nisi qui ea suscipiunt, se ipsos tanto bono fraudare, & Spiritui sancto velint obsistere: nemo tamen non videt, impurè, ac posthabita morum integritate, ac conscientiæ munditie ea ministrantibus æternam perniciem, & mortem adferre. Maledictus enim, qui opus Dei negligenter agit, cum sancta sancte, & religiosè tractanda esse sæpius, atque iterum admoneamur. Quod si peccatori probibetur, justitias Dei enarrare, & ejus Testamentum per Os suum assumere, quantum ab eo sacerdote scelus concipi existimandum erit, qui sibi multorum scelerum conscius cum sit, nec tamen sacra Mysteria polluto ore conficere, vel in fædas

manus ſumere, contrectare, atque aliis porrigere veretur?

Si fideles omnes ſanctus Leo graviſſimè monet, omnique eloquentiæ vi hortatur, ut dignitatem ſuam agnoſcant, atque Divinæ conſortes naturæ facti in veterem vilitatem redire diligentiſſimè caveant: ſi ipſos ſemper memores eſſe vult, cujus capitis, & corporis membra ſint; quid de nobis ipſis ſentiamus, neceſſe erit, qui ipſius Jeſu Christi Perſonam gerimus, divitiasque Bonitatis ejus Dominico Gregi, qui non corruptibilibus auro, vel argento, ſed pretioſo ſanguine quaſi Agni incontaminati Chriſti redemptus eſt, diſtribuendi poteſtatem habemus. Quæ excelſa, atque ſublimia ſacerdotum novæ legis ornamenta cum Regius Propheta animo proſpiceret, illos Deos, & Excelſi filios nuncupare non dubitavit.

Cum

Cum vero nostri muneris & officii sit, fidelium quemque monere, ne indignus Sacramenta participet, atque ad illa imparatus accedat: quis nostrum, qui sacrarum ejusmodi rerum ministri sumus, non perspiciat, nobis maxime incumbere, ut sanctitatem sectemur, pure ad Sacramenta ministranda accedamus, atque ita nos ad pietatem exerceamus, ut ex eorum frequenti tractatione, & usu uberiorem in dies gratiam adjuvante Deo consequamur: cum non solum horum Sacramentorum participes efficiamur, sed nobis datum sit, illa cæteris ministrare, & dispensare, atque Jesus Christus Pontifex futurorum bonorum, Pontifex sanctus, innocens, impollutus, separatus de peccatoribus, & excelsior cælis factus nos suum in locum posuit, suasque vices nobis concredidit, ut sociam ipsi præberemus operam, in pignus hæreditatis no-

stræ,

ſtræ, in redemptionem aquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius, in ſanctificationem noſtram.

Nullus dubitandi locus eſſe poteſt, Sacramentorum partes, quæ ad eorum naturam, & ſubſtantiam pertinent, & ex quibus unumquodque Sacramentum neceſſario conſtituitur, ita verborum formam, atque materiam præſcriptam, & definitam habere, ut ſi forte ab ea diſcedatur, Sacramenti ratio conſtare non valeat. Iis accedunt Ceremoniæ, quæ tametſi omittantur, quoniam rei naturam non attingunt, de vera Sacramenti ratione nihil imminuunt; niſi tamen aliud facere ipſa neceſſitas cogat, ſine peccato prætermitti non poſſunt. Primum enim maximè decuit, ſacris Myſteriis eum religionis cultum tribuere, ut ſancta ſanctè tractare videremur; præterea quæ Sacramento efficiuntur, Ceremoniæ ipſæ magis

de-

declarant, ac velut ante oculos ponunt, ac earum rerum sanctitatem in animos fidelium altius imprimunt, deinde vero mentes illorum, qui eas intuentur, & diligenter observant, ad sublimem rerum cognitionem erigunt, fidemque in eis, & charitatem excitant.

Quare Pastores duo hæc sibi persuadeant, primum: nunquam se satis multam operam, & studium in accurata Cerimoniarum tractatione collocare posse, sed omnem ab ipsis operam in eo ponendam esse, ut dum illas peragunt, externa illorum actio internum animum exprimat, Numine, & religione plenum. Alterum vero: omni studio, & cura eos elaborare debere, ut fidelibus tum Sacramentorum præstantiam, & Divinam ipsorum virtutem, cum vero precationum, rituum, & cerimoniarum, quæ imaginem,

& significationem earum rerum præseferunt, quæ in Sacramento geruntur, vim, & potestatem planè, & apertè iis præsertim diebus declarent, qui pro ministrandis Sacramentis peculiariter stabiliti, & constituti sunt; quis enim non intelligat, populum eò majori pietate omnes animi sui vires ad laudandam, & prædicandam Dei erga nos singularem beneficentiam conversurum esse, quò præstantiora salutis, ac beatæ vitæ adjumenta nobis parata esse cognoverit. Sine magna vero utilitate ritus, & cerimoniæ erunt, ubi plenam earum notitiam fideles non habeant, aut quod turpius, & perniciosum magis esset, penitus ignorent.

Primis quidem Christianæ Religionis nostræ temporibus necessaria arcani lex prohibebat, ne Sacramenta, eorumque ritus scripto consignarentur, cum verendum

esset,

esset, ne ad Ethnicorum manus, ac notitiam pervenirent, atque ita sanctissimæ res fœdissimis pravissimorum hominum calumniis exponerentur, ac despicatui haberentur. Postquam vero sedato persecutionum impetu, atque furore ministrorum numerus auctus fuit: Romana primum, quæ omnium Ecclesiarum Mater, & Magistra est, tum cæteræ Ecclesiæ sapientissimo consilio constituerunt, ut ritus, & cerimoniæ accurata quadam norma in libros colligerentur, scriptisque consignatæ proponerentur; ne aliquorum Sacerdotum incuria, aut ignorantia pulcherrimus sacrorum ordo labefactaretur, utque omni perturbationi aditus penitus intercluderetur. Hinc constitutiones illæ emanarunt, quæ Apostolicæ nuncupantur, & Sacramentalia exordium sumpsere, quæ sub nomine S. Leonis, Gelasii, Gregorii M. aliorumque sanctissimorum Præsulum prostare comperimus.

 Ce-

Cerimoniæ, quæ aut ab Apostolis, aut ab iis, qui his proxime successerunt, ad nos usque perlatæ sunt, in omnibus Ecclesiis observantur. Quia cum de earum initiis, atque ut ita dicam, incunabulis non constet; juxta S. Augustini mentem tamquam ab Apostolis derivatæ censendæ, ac in pretio habendæ sunt. Tales inter alia, exorcismi sunt, qui in Baptismate adhibentur; majorque earum precationum, & orationum pars, ex quibus Lyturgia componitur. Etsi enim non eodem semper loco, & ordine positæ reperiantur: re ipsa tamen, ac in se ipsis eædem ubique sunt, ac propterea eas nullo non in loco sancte observatas esse ipsi Lyturgici celeberrimarum Ecclesiarum Libri demonstrant. Quin immo sæpius, & iterum factum est, ut Patres ad comprimendos Hæreticorum errores maxima in iisdem præsidia reperirent.

Dis-

Dissimilis vero earum orationum, & rituum ratio est, qui neque Apostolica auctoritate pollent, neque omnibus Ecclesiis communes, sed quibusdam duntaxat peculiares, & proprii sunt. Ejusmodi Ecclesiasticæ traditiones, præsertim si fidei non officiant monente S. Hieronymo, ita observari debent, ut a Majoribus traditæ sunt; nec aliarum consvetudinem, aliarum contrario modo subverti. Unaquæque provincia abundet suo sensu, & præcepta Majorum, leges Apostolicas arbitretur. Cum autem Ecclesia Romana cæterarum semper Mater, & Magistra sit; existimavimus nos securius, tutiusque agere non posse; quam si ejusdem rituale ita sequeremur, ut nonnullas Majorum nostrorum traditiones antiquitate, & longo usu firmatas sartas, tectasque haberemus.

Quæ cum ita ſint, accuratam vobis animarum Curatores, cæterique Sacramentorum Miniſtri! Cerimoniarum in hoc noſtro Vienneſi Rituali præſcriptarum obſervantiam enixe commendamus, ac ſerio injungimus, atque præcipimus. Illud porro vos majorem in modum monitos volumus, ne arbitremini vobis ſatis eſſe Sacramenta rite recteque a vobis adminiſtrari; id enim etſi diligenter curandum eſt; tamen omnia, quæ ad muneris veſtri partes pertinent, eo haud continentur: verum meminiſſe præterea debetis Paſtorum Principem, & animarum noſtrarum Epiſcopum Chriſtum Jeſum vobis aperte impoſuiſſe, ut eatis, Evangelium prædicetis, & doceatis omnes gentes ſervare omnia, quæcumque mandavit nobis.

Maxima enim, atque præcipua muneris noſtri ratio eſt, ut formemus juſtos,

qui

qui ex fide vivunt, ut ſpiritum Chriſti habeant. Quem enim latet, Apoſtolo docente fidem ex auditu eſſe, auditum autem per verbum Chriſti? Si ergo Evangelicæ doctrinæ prædicatio illa potiſſimum via eſt, quam ipſum Patris verbum conſtituit, ut per illam homines ad cognitionem myſteriorum fidei perveniant: cujus unquam animum dubitatio ſubibit; illa Apoſtoli ad Timotheum monita jure quodam æquo ad vos etiam pertinere, ut videlicet verbum prædicetis, inſtetis oportune, importune, arguatis, obſecretis, increpetis in omni patientia, & doctrina: vigiletis in omnibus, laboretis, opus faciatis Evangeliſtæ, atque ita miniſterium veſtrum impleatis. Sermo vero veſter, & prædicatio veſtra non ſit in perſvaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis, ut concreditas vobis oves in ſenſu Domini inſtruatis, habeantque ſenſum Chriſti.

Non

Non erubeſcite Evangelium; ſed prædicate Chriſtum crucifixum. Judæis quidem ſcandalum; gentibus autem ſtultitiam. Ipſis autem vocatis Judæis, atque Græcis Chriſtum Dei virtutem, & ſapientiam, juſtitiam, ſanctificationem, & redemptionem. Nam ſi unquam Paſtoribus in explicanda Evangelii veritate labor omnis, atque conatus adhibendus fuit; ſane his annis, hac periculi plena ætate, noviſſimis hisce diebus ea res aſſiduam a vobis operam poſtulat, ac requirit; cum nempe ſana doctrina a paucis ſuſtinetur; plurimi autem a veritate auditum avertunt, convertuntur ad fabulas, & ad ſua deſideria coacervant ſibi magiſtros prurientes auribus.

Multa nobis fiducia apud vos eſt, multa nobis gloriatio pro vobis erit, atque conſolatione replebimur, & gaudio ſuperabundabimus, ſi de vobis gloriari poterimus,

rimus, unumquemque vestrum ab infantia sacras literas novisse, & exercitatos, ac in scripturis Dominicis peritos caute, & consulte omnia agere.

Utinam manifestum sit Epistolam nostram Christi esse; ministratam a nobis, & scriptam non atramento, sed spiritu Dei Vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autem habemus per Christum ad Deum, operaturum esse in nobis, vobisque; & quemadmodum velle dedit, daturum & perficere, daturum denique plantantibus, & rigantibus incrementum.

Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo, repleat vos omni scientia, ut nemini dantes offensionem non vituperetur ministerium vestrum. Sed in omnibus exhibeatis vosmetipsos, sicut

cut Dei miniſtros in verbo veritatis, in virtute Dei per arma juſtitiæ a dextris, & a ſiniſtris, ut abundetis in ſpe, & virtute Spiritus Sancti, ut pleni ſitis dilectione, repleti omni ſcientia, ita, ut poſſitis alter alterum monere. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit cum omnibus vobis.



DE IIS,

QUÆ IN

SACRAMENTORUM

ADMINISTRATIONE

GENERALITER SERVANDA SUNT.

Ut ea, quæ ex antiquis Catholicæ Ecclesiæ institutis, & sacrorum Canonum, Summorumque Pontificum Decretis, de Sacramentorum ritibus ac cæremoniis hoc Libro præscribuntur, qua par est diligentia ac religione custodiantur, & ubique fideliter serven-

tur; illud ante omnia ſcire & obſervare convenit, quod Sacroſancta Tridentina Synodus de iis ritibus decrevit in hæc verba:

Si quis dixerit, receptos & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſolemni Sacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos, aut contemni, aut ſine peccato à miniſtris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcumque Eccleſiarum Paſtorem mutari poſſe; anathema ſit.*

Cum igitur in Eccleſia Dei nihil ſanctius aut utilius, nihilque excellentius aut magis divinum habeatur, quam Sacramenta ad humani generis ſalutem à Chriſto Domino inſtituta; Parochus, vel quivis alius Sacerdos, ad quem eorum adminiſtratio pertinet, meminiſſe in primis debet, ſe ſancta tractare, atque omni fere temporis momento ad tam ſanctæ adminiſtrationis officium paratum eſſe oportere.

Quam-

* *Seſſ.* 7. *Can.* 13.

Quamobrem illud perpetuo curabit, ut integre, caste, pieque vitam agat: nam etsi Sacramenta ab impuris coinquinari non possunt, neque à pravis ministris eorum effectus impediri; impuri tamen & indigne ea ministrantes, in æternæ mortis reatum incurrunt. Sacerdos ergo si fuerit peccati mortalis sibi conscius (quod absit) ad Sacramentorum administrationem non audeat accedere; nisi prius corde pœniteat: sed si habeat copiam Confessarii, & temporis locique ratio ferat, convenit confiteri.

Quacumque diei ac noctis hora ad Sacramenta ministranda vocabitur, nullam officio suo præstando (præsertim si necessitas urgeat) moram interponat. Ac propterea populum sæpe, prout sese offeret occasio, præmonebit, ut cum sacro ministerio opus fuerit, se quam primum advocet, nulla temporis, aut cujuscumque incommodi habita ratione.

Ipſe vero antequam ad hujusmodi admi-niſtrationem accedat, paululum, ſi opportu-nitas dabitur, orationi, & ſacræ rei, quam acturus eſt, meditationi vacabit, atque ordi-nem miniſtrandi & cæremonias pro temporis ſpatio prævidebit & perleget.

In omni Sacramentorum adminiſtratione ſuperpelliceo ſit indutus, & deſuper ſtola ejus coloris, quem Sacramenti ritus expoſcit, niſi in Sacramento Pœnitentiæ miniſtrando occaſio, vel conſuetudo, vel locus interdum aliter ſuadeat.

Adhibebit quoque unum ſaltem, ſi habeat, vel plures clericos, prout loci & Sacramenti ratio poſtulabit, decenti habitu & ſuperpelli-ceo pariter indutos.

Curabit etiam, ut ſacra ſupellex, veſtes, ornamenta, linteamina, & vaſa miniſterii integra, nitidaque ſint & munda.

In Sacramentorum adminiſtratione, eorum virtutem, uſum, ac utilitatem, & cæremo-nia-

niarum significationes, ut Concilium Tridentinum præcepit, ex sanctorum Patrum & Catechismi Romani doctrina, ubi commode fieri poterit, diligenter explicabit.

Dum Sacramentum aliquod ministrat, singula verba, quæ ad illius formam & ministerium pertinent, attente, distincte, & pie atque clara voce pronuntiabit. Similiter & alias Orationes & Preces devote ac religiose dicet; nec memoriæ, quæ plerumque labitur, facile confidet: sed omnia recitabit ex libro. Reliquas præterea cæremonias ac ritus ita decenter gravique actione peraget, ut astantes ad cælestium rerum cogitationem erigat & attentos reddat.

Ad ministrandum procedens, rei, quam tractaturus est, intentus sit, nec de iis, quæ ad ipsam non pertinent, quidquam cum alio colloquatur, in ipsaque administratione actualem intentionem habere studeat, vel saltem

virtualem, cum intentione faciendi quod in eo facit Ecclesia.

Illud porro diligenter caveat, ne in Sacramentorum administratione aliquid quavis de causa vel occasione, directe vel indirecte, exigat aut petat; sed ea gratis ministret, & ab omni Simoniæ atque avaritiæ suspicione, nedum crimine, longissime absit. Si quid vero nomine eleemosynæ, aut devotionis studio, peracto jam Sacramento, sponte à fidelibus offeratur, id licite pro consuetudine locorum accipere poterit, nisi aliter Episcopo videatur.

Fidelibus alienæ parochiæ Sacramenta non ministrabit, nisi necessitatis causa, vel de licentia Parochi, seu Ordinarii.

Omnes autem, qui Sacramenta suscipiunt, loco & tempore opportuno monebit, ut remoto inani colloquio, & habitu actuque indecenti, pie ac devote Sacramentis intersint, & ea qua par est reverentia suscipiant.

Li-

Librum hunc Ritualem (ubi opus fuerit) semper cum ministrabit, secum habebit, ritusque & cæremonias in eo præscriptas diligenter servabit.

Ceterum illorum tantum Sacramentorum, quorum administratio ad Parochos pertinet, ritus hoc opere præscribuntur; cujusmodi sunt Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema unctio, & Matrimonium. Reliqua vero duo Sacramenta Confirmationis & Ordinis, cum propria sint Episcoporum, ritus suos habent in Pontificali præscriptos. Et ea, quæ de iis atque aliis Sacramentis scire, servare, & docere Parochi debent, cum ex aliis libris, tum præcipue ex Catechismo Romano sumi possunt. Siquidem hic de iis fere tantum agere instituti operis ratio postulat, quæ ad ipsorum quinque Sacramentorum ritus pertinent.

Postremo, quisquis Sacramenta administrare tenetur, habeat libros necessarios ad offi-

officium suum pertinentes, eosque præsertim, in quibus variarum parochialium functionum notæ ad futuram rei memoriam describuntur, ut ad finem hujus Ritualis habetur.

DE SACRAMENTO BAPTISMI RITE ADMINISTRANDO.

Sacrum Baptisma, Christianæ religionis & æternæ vitæ janua, quod inter alia novæ legis Sacramenta a Christo instituta primum tenet locum, cunctis ad salutem necessarium esse, ipsa Veritas testatur illis verbis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. (*Joan.* 3.) *Itaque summa ad illud*

illud opportune riteque administrandum ac suscipiendum diligentia adhibenda est.

Cum autem ad hoc Sacramentum conferendum alia sint de Jure divino absolute necessaria, ut materia, forma, minister; alia ad illius solemnitatem pertineant, ritus ac ceremoniæ, quas ex Apostolica & antiquissima traditione acceptas & approbatas, nisi necessitatis causa, omittere non licet; de iis aliqua præmonenda sunt, ut sacrum hoc ministerium rite ac sancte peragatur.

DE MATERIA BAPTISMI.

Ac primum intelligat Parochus, cum hujus Sacramenti materia sit aqua vera ac naturalis, nullum alium liquorem ad id adhiberi posse.

Aqua vero solemnis Baptismi sit eo anno benedicta in Sabbato sancto Paschatis vel Sabbato Pentecostes, quæ in Fonte mundo

nitida & pura diligenter conservetur: & hæc, quando nova benedicenda est, in Ecclesiæ, vel potius Baptisterii sacrarium effundatur.

Si Aqua benedicta tam imminuta sit, ut minus sufficere videatur, alia non benedicta admisceri potest, in minore tamen quantitate.

Si vero corrupta fuerit, aut effluxerit, aut quovis modo defecerit, Parochus in fontem bene mundatum ac nitidum, recentem aquam infundat, eamque benedicat ex formula, quæ infra præscribitur.

Sed si aqua conglaciata sit, aut nimium frigida, poterit parum aquæ naturalis non benedictæ calefacere, & admiscere aquæ baptismali in vasculo ad id parato, & ea tepefacta ad baptizandum uti, ne noceat infantulo.

DE
FORMA BAPTISMI.

Quoniam Baptiſmi forma his verbis expreſſa : Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, *omnino neceſſaria eſt; ideo eam nullo modo licet mutare, ſed eadem verba uno & eodem tempore, quo fit ablutio, pronuntianda ſunt.*

Latinus Presbyter Latina forma ſemper utatur.

Cum Baptiſmum iterare nullo modo liceat, ſi quis ſub conditione, de quo infra, ſit baptizandus, ea conditio explicanda eſt hoc modo : Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. *Hac tamen conditionali forma non paſſim, aut leviter uti licet; ſed prudenter, & ubi re diligenter perveſtigata, probabilis ſubeſt dubitatio, infantem non fuiſſe baptizatum.*

Baptiſmus licet fieri poſſit aut per infuſionem aquæ, aut per immerſionem, aut per aſperſionem; primus tamen, vel ſecundus modus, qui magis ſunt in uſu, pro Eccleſiarum conſuetudine retineantur; ita ut trina ablutione caput baptizandi perfundatur, vel immergatur in modum Crucis uno & eodem tempore, quo verba proferuntur, & idem ſit aquam adhibens, & verba pronuntians.

Ubi vero Baptiſmus ſit per infuſionem aquæ, cavendum eſt, ne aqua ex infantis capite in Fontem, ſed vel in Sacrarium Baptiſterii prope ipſum Fontem extructum defluat, aut in aliquo vaſe, ad hunc uſum parato, recepta, in ipſius Baptiſterii vel in Eccleſiæ Sacrarium effundatur.

DE MINISTRO BAPTISMI.

Legitimus quidem Baptiſmi miniſter eſt Parochus, vel alius Sacerdos a Parocho vel ab Ordinario loci delegatus; ſed quoties infans aut adultus verſatur in vitæ periculo, poteſt ſine ſolemnitate a quocunque baptizari in qualibet lingua, ſive clerico ſive laico, etiam excommunicato, ſive fideli ſive infideli, ſive catholico ſive hæretico, ſive viro ſive femina, ſervata tamen forma & intentione Eccleſiæ.

Sed ſi adſit Sacerdos, Diacono præferatur, Diaconus Subdiacono, clericus laico, & vir feminæ; niſi pudoris gratia deceat feminam potius quam virum baptizare infantem non omnino editum, vel niſi melius femina ſciret formam & modum baptizandi. Quapropter curare debet Parochus, ut fideles, præſertim obſtetrices, rectum baptizandi ritum probe teneant & ſervent.

Pa-

Pater aut Mater propriam prolem baptizare non debet, præterquam in mortis articulo, quando alius non reperitur qui baptizet; neque tunc ullam contrahunt cognationem, quæ matrimonii uſum impediat.

DE
BAPTIZANDIS PARVULIS.

Opportune Parochus hortetur eos, ad quos ea cura pertinet, ut natos infantes ſive baptizandos, ſive baptizatos, quamprimum fieri poterit, & qua decet Chriſtiana modeſtia ſine pompæ vanitate deferant ad Eccleſiam, ne illis Sacramentum tantopere neceſſarium nimium differatur cum periculo ſalutis; & ut iis, qui ex neceſſitate privatim baptizati ſunt, conſuetæ cæremoniæ ritusque ſuppleantur, omiſſa forma & ablutione.

Nemo in utero matris clauſus baptizari debet. Sed ſi infans caput emiſerit, & periculum mortis immineat, baptizetur in capite;

pite; nec postea si vivus evaserit, erit iterum baptizandus. At si aliud membrum emiserit, quod vitalem indicet motum, in illo si periculum impendeat, baptizetur; & tunc si natus vixerit, erit sub conditione baptizandus, eo modo quo supra dictum est: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, &c. *Si vero ita baptizatus, deinde mortuus prodierit ex utero, debet in loco sacro sepeliri.*

Si mater prægnans mortua fuerit, fœtus quamprimum caute extrahatur, ac si vivus fuerit, baptizetur; si fuerit mortuus, & baptizari non potuerit, in loco sacro sepeliri non debet.

Infantes expositi, & inventi, si re diligenter investigata de eorum Baptismo non constat, sub conditione baptizentur.

In monstris vero baptizandis si casus eveniat, magna cautio adhibenda est: de quo, si opus fuerit, Ordinarius loci, vel alii periti

riti consulantur; nisi mortis periculum immineat.

Monstrum, quod humanam speciem non præseferat, baptizari non debet: de quo si dubium fuerit, baptizetur sub hac conditione: Si tu es homo, ego te baptizo &c.

Illud vero, de quo dubium est, una ne aut plures sint personæ, non baptizetur, donec id discernatur. Discerni autem potest, si habeat unum vel plura capita, unum vel plura pectora: tunc enim totidem erunt corda & animæ, hominesque distincti, & eo casu singuli seorsum sunt baptizandi, unicuique dicendo: Ego te baptizo &c. *Si vero periculum mortis immineat, tempusque non suppetat, ut singuli separatim baptizentur, poterit minister singulorum capitibus aquam infundens omnes simul baptizare, dicendo:* Ego vos baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. *Quam tamen formam in iis solum, & aliis similibus*

libus mortis periculis ad plures simul baptizandos, & ubi tempus non patitur ut singuli separatim baptizentur alias numquam licet adhibere.

Quando vero non est certum in monstro esse duas personas, vel quia duo capita & duo pectora non habet bene distincta; tunc debet primum unus absolute baptizari, & postea alter sub conditione, hoc modo: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

DE PATRINIS.

Parochus antequam ad baptizandum accedat, ab iis, ad quos spectat, exquirat diligenter, quem, vel quos Susceptores seu Patrinos elegerint, qui infantem de sacro Fonte suscipiant, ne plures, quam liceat, aut indignos vel ineptos admittat.

Patrinus unus tantum, ſive vir, ſive mulier, vel ad ſummum unus & una adhibeantur ex decreto Concilii Tridentini: ſed ſimul non admittantur duo viri, aut duæ mulieres, neque ipſius baptizandi pater aut mater.

Hos autem Patrinos ſaltem in ætate pubertatis, ac Sacramento Confirmationis conſignatos eſſe maxime convenit.

Sciant præterea Parochi, ad hoc munus non eſſe admittendos infideles, aut hæreticos, non publice excommunicatos aut interdictos, non publice criminoſos aut infames, nec præterea qui ſana mente non ſunt, nec qui ignorant rudimenta fidei; hæc enim Patrini ſpirituales filios ſuos, quos de Baptiſmi Fonte ſuſceperint, ubi opus fuerit, opportune docere tenentur.

Præterea ad hoc etiam admitti non debent Monachi vel Sanctimoniales, neque alii cujusvis Ordinis Regulares a ſæculo ſegregati.

DE TEMPORE ET LOCO ADMINISTRANDI BAPTISMUM.

Quamvis Baptismus quovis tempore, etiam interdicti & cessationis a divinis, praesertim si urgeat necessitas, conferri possit; tamen duo potissimum ex antiquissimo Ecclesiae ritu sacri sunt dies, in quibus solemni caeremonia hoc Sacramentum administrari maxime convenit: nempe Sabbatum sanctum Paschae, & Sabbatum Pentecostes, quibus diebus Baptismalis Fontis aqua rite consecratur.

Ac licet urgente necessitate, ubique baptizare nihil impediat, tamen proprius Baptismi administrandi locus est Ecclesia, in qua sit Fons Baptismalis, vel certe Baptisterium prope Ecclesiam.

Itaque, necessitate excepta, in privatis locis nemo baptizari debet; nisi forte sint

Regum aut magnorum Principum filii, id ipsis ita deposcentibus; dummodo id fiat in eorum Capellis, seu Oratoriis, & in aqua Baptismali de more benedicta.

Baptisterium sit decenti loco & forma, materiaque solida, & quæ aquam bene contineat decenter ornatum, & cancellis circumseptum, sera & clave munitum, atque ita obseratum, ut pulvis vel aliæ sordes intro non penetrent: in eoque ubi commode fieri potest, depingatur imago sancti Joannis Christum baptizantis.

DE
SACRIS OLEIS,
ET ALIIS REQUISITIS.

Sacrum Chrisma, & sanctum Oleum, quod & Catechumenorum dicitur quorum usus est in Baptismo, eodem anno sint ab Episcopo de more benedicta Feria quinta in Cœna Domini.

Curet

Curet Parochus, ut ea suo tempore quamprimum habeat, & tunc vetera in Ecclesia comburat.

Veteribus Oleis, nisi necessitas cogat, ultra annum non utatur; ac si deficere videantur, & Chrisma, aut Oleum benedictum haberi non possit, aliud oleum de olivis non benedictum adjiciatur, sed in minori quantitate.

Chrisma & Oleum sacrum sint in suis vasculis argenteis, aut saltem stanneis bene obturatis; quæ vascula sint inter se distincta, & propriam unumquodque inscriptionem habeat majusculis litteris incisam, ne quis error committatur.

Ad usum vero quotidianum minora habeantur vascula ex argento, si fieri potest, aut stanno; sive separata, sive etiam conjuncta; apte tamen distincta & bene cooperta, & cum suis inscriptionibus ut supra, ne

Pa-

Parochus aberret, & unum pro altero sumat, quod cavere debet diligenter.

In ea igitur ex majoribus vasculis Chrismatis & Olei, quod sufficiat, infundatur, atque ut effusionis periculum caveatur, commodum erit in his vasculis bombacium seu quid simile habere, Oleo sacro & Chrismate separatim perfusum, in quo pollex, cum opus est, ad inungendum immittatur.

Hæc vascula ita parata, in loco proprio, honesto, ac mundo, sub clave ac tuta custodia decenter asserventur, ne ab aliquo nisi a Sacerdote temere tangantur, aut eis sacrilege quispiam abuti possit.

Parochus quantum fieri potest, curet, ne per laicos, sed per se, vel per alium Sacerdotem, vel saltem per alium Ecclesiæ ministrum hæc Olea deferantur: caveat item ne de iis quidquam ulli umquam tribuat, cujusvis rei prætextu.

Sal, quod in os baptizandi immittendum est sit benedictum sua peculiari benedictione, quæ infra præscribitur; neque utatur sale exorcizato ad benedicendum aquam; sitque prius bene confractum & attritum, siccum ac mundum, Sal ita benedictum nemini tradatur, neque etiam iis, qui benedicendum attulerint, reddatur, sed ad alios baptizandos servetur, aut in Sacrarium abjiciatur.

Cum igitur Baptismi Sacramentum jam administrandum est, hæc in promptu esse debent.

Vascula sacri Olei Catechumenorum, & Chrismatis.

Vasculum cum sale benedicendo, vel jam, ut dictum est, benedicto.

Vasculum, seu cochleare ex argento, vel alio mètallo nitidum, ad aquam Baptismi fundendam supra caput baptizandi, quod nulli præterea alio usui deserviat.

Pel-

Pelvis, ſeu bacile ad excipiendam aquam ex capite defluentem, niſi ſtatim in Sacrarium defluat.

Goſſipium, alio nomine bombacium, ſeu quid ſimile, ad abſtergenda loca ſacris Oleis inuncta.

Stolæ duæ, ubi commode haberi poſſunt, una violacea, & altera alba, ut infra notatur, mutanda; ſin minus, una ſaltem adhibeatur.

Medulla panis, qua inuncti Sacerdotis digiti, cum manus lavat, abſtergantur, & vas pro manuum lotione poſt Baptiſmum, quod huic tantum uſui deſervire decet.

Alba veſtis in modum pallioli, ſeu linteolum candidum infantis capiti imponendum.

Cereus, ſeu candela cerea baptizato ardens tradenda.

Hic

Hic denique Ritualis liber sit paratus, & item liber Baptismalis, in quo baptizati describuntur.

Omnibus igitur opportune præparatis, Sacerdos ad tanti Sacramenti administrationem, lotis manibus, superpelliceo & stola violacea indutus accedat, clericum unum, seu plures si potest, secum adhibeat, superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministrent.

Ita paratus accedat ad limen Ecclesiæ, ubi foris expectant, qui infantem detulerunt.

Interroget (nisi de his bene sibi constet) an sit suæ Parochiæ, masculus an fœmina, an sit domi baptizatus, & a quo, & quam rite, & qui sint Compatres; qui infantem teneant, pro eoque respondeant; quos pie ac decenter assistere, ac, prout opus fuerit, pro baptizando ad interrogationes respondere admoneat.

Et quoniam iis, qui baptizantur, tamquam Dei filiis in Christo regenerandis, &

in ejus militiam adscribendis, nomen imponitur, curet, ne obscœna, fabulosa, aut ridicula, vel inanium deorum, vel impiorum Ethnicorum hominum nomina imponantur; sed potius, quatenus fieri potest, Sanctorum, quorum exemplis fideles ad pie vivendum excitentur, & patrociniis protegantur.

His igitur expeditis, & accepto nomine baptizandi, positi, si infans fuerit, super brachium dextrum illius qui eum defert, Parochus ad Baptismum procedat, in hunc modum nominatim interrogans.

ORDO
BAPTIZANDI MASCULOS, ET FAEMELLAS.

Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

Qui fecit cœlum & terram.

Quis vocaris? Nennet das Kind.

Reſpondet Patrinus N. vel N.

Similiter interrogat Sacerdos.

N. Abrenuntias Sathanæ?

Widerſagſt du dem Teufel?

Patrinus. Abrenuntio. Ich widerſag.

Amplius interroget. Et omnibus pompis ejus? Und aller ſeiner Hoffarth?

Patrinus. Abrenuntio. Ich widerſag.

Et omnibus operibus ejus?
Und allen seinen Werken?
Patrinus. Abrenuntio. Ich widersag.
Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ?
Glaubst du in Gott Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erden?
Patrinus. Credo. Ich glaubs.
Credis in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum natum, & passum?
Glaubst du auch in Jesum Christum seinen eingebohrnen Sohn unsern Herrn, der gebohren ist und gelitten hat?
Patrinus. Credo. Ich glaubs.
Credis in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam post mortem?

Glaubst du auch in den Heiligen Geist, eine heilige allgemeine Christliche Kirchen, Gemeinschaft der Heiligen, Vergebung der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und nach dem Tod ein ewiges Leben.

Patrinus. Credo. Ich glaubs.

Deinde sufflet in faciem pueri tribus vicibus dicens: Exi Sathana ab hac imagine Dei, & redde honorem Deo vivo & vero, redde honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui Sancto paracleto.

Deinde faciat crucem cum pollice in fronte infantis dicens: Signum Sanctæ ✠ crucis Domini nostri Jesu Christi in frontem tuam pono.

Similiter ad pectus faciat crucem, & dicat: Signum ✠ Salvatoris Domini nostri Jesu Christi in pectus tuum pono.

Ad frontem & ad pectus faciat crucem, dicens: Accipe Signum ✠ crucis

Chriſti, tam in ✠ fronte, quam in ✠ corde; ſume fidem cœleſtium præceptorum, & talis eſto moribus, ut templum Dei jam eſſe poſſis.

Oremus.

Preces noſtras quæſumus Domine clementer exaudi, & hunc electum tuum N. vel electam N. crucis Dominicæ impreſſione ſignatum perpetua virtute cuſtodi: ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſervans, per cuſtodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum N. quem

vel famulam tuam N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnemque cæcitatem cordis ab eo expelle, disrumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerat alligatus, aperi ei Domine januam pieatatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus omnium cupiditatum fætoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Ecclesia tua deserviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus efficiatur accedere ad gratiam Baptismi tui perceptâ medicinâ. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde accipiat de Sale, & ponat in os infantis dicens:

Accipe salem sapientiæ, ut habeas vitam æternam, Amen.

Pax tecum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus patrum nostrorum, Deus universæ creaturæ conditor, te supplices exora-

exoramus, ut hunc famulum tuum N. vel famulam tuam N. respicere digneris propitius, ut hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quo minus cibo repleatur cœlesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini deserviens, perduc eum Domine ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Exorcismus.

Hic manu extensa quoties signatur, faciat crucem super infantem.

Exorcizo te immunde spiritus in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ Sancti, ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei N. vel famula Dei N. ipse enim

tibi

tibi imperat, maledicte diabole atque damnate, qui pedibus suis super mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit Jesus Christus Dominus noster. Qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui Sancto paracleto, & recede ab hoc famulo Dei N. vel ab hac famula Dei N. quia eum Deus & Dominus noster Jesus Christus ad suam gratiam & benedictionem, fontemque baptismatis vocare dignatus est, & hoc signum sanctæ ✠ crucis, quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Exorcizo te omnis ſpiritus immunde in nomine Dei Patris omnipotentis ✠ & in nomine Jeſu Chriſti Filii ejus Domini & Judicis noſtri ✠ & in virtute Spiritus Sancti ✠ ut diſcedas ab hoc plaſmate Dei N. quod Dominus noſter ad templum ſanctum ſuum vocare dignatus eſt, ut fiat templum Dei vivi, & Spiritus Sanctus habitet in eo per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem.

℞. Amen.

Oremus.

Æternam atque juſtiſſimam pietatem tuam deprecor Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus Auctor luminis & veritatis ſuper hunc famulum tuum N. vel famulam tuam N. ut digneris eum vel eam illuminare lumine intel-

ligen-

ligentiæ tuæ: munda eum vel eam, & sanctifica, da ei [illegible] [illegible] scientiam veram, ut dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, ut teneat spem firmam, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus sit ad percipiendam gratiam baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Sequentia Sancti Evangelii secundum Matthæum. Gloria tibi Domine.

Hæc dicendo faciat cum pollice crucem in fronte & pectore infantis: deinde imponat stolam, & manum dexteram super infantem, quod ultimum & patrini faciant.

In illo tempore oblati sunt Jesu parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret:

Diſcipuli autem increpabant eos. Jeſus vero ait illis: Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium eſt enim regnum cœlorum. Et cum impoſuiſſet eis manus, abiit inde. ℟. Deo gratias.

Per iſtos ſermones ſancti Evangelii indulgeat nobis Dominus noſter Jeſus Chriſtus omnia delicta noſtra. Amen.

Nunc Sacerdos cum patrinis conjunctim clara voce dicit:

Credo in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ, & in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum, qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine, paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus eſt; deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis; aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; in-

de

de venturus est judicare vivos & mortuos: Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum Communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem & vitam æternam, Amen.

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Oder deutsch:

Ich glaube in Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde. Und in Jesum Christum, seinen einigen Sohn, unsern Herrn. Der empfangen ist von dem heiligen Geiste, gebohren aus Maria der Jungfrau. Gelitten unter Pontio Pilato, gekreuziget, gestorben und begraben. Abgestiegen

stiegen zu der Hölle, am dritten Tage wieder auferstanden von den Todten. Aufgefahren zu den Himmeln, sitzet zur Rechten Gottes des allmächtigen Vaters. Von dannen er kommen wird, zu richten die Lebendigen und die Todten. Ich glaube in den heiligen Geist; eine heilige allgemeine christliche Kirche, Gemeinschaft der Heiligen; Ablaß der Sünden; Auferstehung des Fleisches; und ein ewiges Leben. Amen.

Vater unser, der du bist in dem Himmel, geheiliget werde dein Name; zukomme uns dein Reich; dein Wille geschehe, wie im Himmel, also auch auf Erden: gieb uns heute unser tägliches Brod; und vergieb uns unsere Schulden, als auch wir vergeben unseren Schuldigern. Und führe uns nicht in Versuchung, sondern erlöse uns vom Uebel. Amen.

Dein-

Deinde Sacerdos recipiat modicum de ſputo oris ſui cum pollice addito modico cinere, & tangens dextram aurem infantis dicat:

Ephetа: quod eſt adaperire.

Ad nares. In odorem ſuavitatis.

Ad linguam. Tu autem effugare diabole.

Ad ſiniſtram aurem. Appropinquabit enim judicium Dei.

Quibus finitis Catechumenus introducatur in Eccleſiam ad Baptiſterium, & ibi faciat eum Sacerdos abrenuntiare apellato nomine infantis his verbis.

Sacerdos. N. Abrenuntias Sathanæ?

Widerſageſt du dem Teufel?

Patrinus. Abrenuntio. Ich widerſage.

Sacerdos. Et omnibus pompis ejus?

Und aller ſeiner Hoffarth?

Patrinus. Abrenuntio. Ich widerſage.

Sacerdos. Et omnibus operibus ejus?

Und allen ſeinen Werken?

Pa-

Patrinus. Abrenuntio. Ich widersage.

Sacerdos. Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ?

Glaubst du in Gott Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels, und der Erde?

Patrinus. Credo. Ich glaube.

Sacerdos. Credis in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, natum, & passum?

Glaubst du auch in Jesum Christum seinen einigen Sohn, unsern Herrn, der gebohren ist, und gelitten hat?

Patrinus. Credo. Ich glaube.

Sacerdos. Credis in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam post mortem?

Glaubst du auch in den heiligen Geiste, eine heilige allgemeine christliche Kirche, Gemein-

meinschaft der Heiligen, Vergebung der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und nach dem Tod ein ewiges Leben.

Patrinus. Credo. Ich glaube.

Deinde pollice intincto in oleum benedictum liniat pectus infantis crucem faciens, & dicat:

Fuge immunde spiritus; da honorem Deo vivo & vero: Exi immunde spiritus, da locum Spiritui Sancto.

Similiter inter scapulas faciat crucem dicens:

Ego te linio oleo salutis, in Christo Jesu Domino nostro.

Deinde appellato nomine infantis quærat

Primo:

N. Vis baptizari?

Willst du getauft werden?

Reſpondeat Patrinus. Volo. Ich will.

Secundo:

N. Vis baptizari?
Willſt du getauft werden?
Patrinus. Volo. Ich will.

Tertio:

N. Vis baptizari?
Willſt du getauft werden?
Patrinus. Volo. Ich will.

Deinde ter ſuperfundendo aquam in formam crucis dicat Sacerdos:

N. Ego te baptizo in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ Sancti, Amen.

Deinde recipiat de chriſmate ad pollicem, & faciat crucem in vertice infantis dicens:

Deus,

Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui te regeneravit ex aqua, & Spiritu Sancto, quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum: ipſe te liniat chriſmate ſalutis in eodem Chriſto Jeſu Domino noſtro in vitam æternam, Amen.

Poſtea imponat capiti tunicellam, dicens:

Accipe veſtem candidam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Chriſti, ut habeas vitam æternam, Amen.

Demum det candelam, & dicat:

Accipe candelam ardentem, ut ſis irreprehenſibilis coram Deo, & vivas cum eo in ſæcula ſæculorum, Amen.

Pax tecum. Et cum ſpiritu tuo.

MONITIO.

Si contingat, plures ſimul baptizari, in orationibus & exorciſmis ſingularis numerus mutetur in pluralem.

Semper tamen cæremoniæ unctionum, baptiſmi, & aliæ ſingulariter ſunt adminiſtrandæ, & a ſingulis interrogandum, an abrenuntient, credant, & baptizari velint?

DE
BAPTISMO INFANTIS,
CUJUS SUBITÆ ET INSTANTIS MORTIS TIMETUR PERICULUM.

Quod ſi infanti immineat periculum mortis, pro ratione & qualitate Sacerdos prudenter aget, & poterit eſſe tantum periculum, ut expediat ſtatim procedere ad Baptiſmum, tunc prætermiſſis aliis cæremoniis

una

una cum verbis his procedet etiam in aqua non consecrata, si consecrata ad manum non sit.

N. Ego te baptizo in nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti, Amen:

Quod si infans his peractis supervivat, supplebuntur, quæ propter necessitatem fuerant prætermissa modo inferius explicato.

Cæterum admonendi sunt Susceptores de spirituali cognatione, quam contraxerunt cum baptizato, baptizatique patre & matre, quæ cognatio impedit Matrimonium, & dirimit.

Antequam infans ex Ecclesia asportetur, aut susceptores discedant, eorum nomina, ac alia de administrato baptismo in baptismali libro Parochus accurate describat.

ORDO
SUPPLENDI CEREMONIAS BAPTISMI.

Si infans quacunque ex causa jam baptizatus sit.

Adjutorium nostrum in nomine Domini.
Qui fecit cœlum & terram.
Quis vocaris? Nennet das Kind.
Respondet Patrinus N. vel N.
Similiter interroget Sacerdos.
N. Abrenuntias Sathanæ?
Widersagst du dem Teufel?
Patrinus. Abrenuntio. Ich widersage.
Amplius interroget. Et omnibus pompis ejus? Und aller seiner Hoffarth?

Patri-

Patrinus. Abrenuntio. Ich widerſage.

Et omnibus operibus ejus?

Und allen ſeinen Werken?

Patrinus. Abrenuntio. Ich widerſage.

Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ?

Glaubſt du in Gott Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?

Patrinus. Credo. Ich glaube.

Credis in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum natum, & paſſum?

Glaubſt du auch in Jeſum Chriſtum seinen eingebohrnen Sohn unſern Herrn, der gebohren iſt, und gelitten hat?

Patrinus. Credo. Ich glaube.

Credis in Spiritum Sanctum, Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam poſt mortem?

Glaubst du auch in den heiligen Geist, eine heilige allgemeine Christliche Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Vergebung der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und nach dem Tod ein ewiges Leben?

Patrinus. Credo. Ich glaube.

Deinde sufflet in faciem pueri tribus vicibus dicens: Exi Sathana ab hac imagine Dei, & redde honorem Deo vivo & vero, redde honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui Sancto paracleto.

Deinde faciat crucem cum pollice in fronte infantis dicens: Signum Sanctæ ✠ crucis Domini nostri Jesu Christi in frontem tuam pono.

Similiter ad pectus faciat crucem, & dicat: Signum ✠ Salvatoris Domini nostri Jesu Christi in pectus tuum pono.

Ad frontem & ad pectus faciat crucem, dicens: Accipe Signum ✠ crucis

Chri-

Christi, tam in ✠ fronte, quam in ✠ corde; summe fidem cœlestium præceptorum, & talis esto moribus, ut templum Dei esse possis.

Oremus.

Preces nostras quæsumus Domine clementer exaudi, & hunc electum tuum N. vel electam N. crucis Dominicæ impressione signatum perpetua virtute custodi: ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum N.

vel famulam tuam N. quem vel quam ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnemque cæcitatem cordis ab eo vel ea expelle, disrumpe omnes laqueos sathanæ, quibus fuerat alligatus, vel alligata, aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus vel imbuta, omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus vel læta tibi in Ecclesia tua deserviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus vel idonea efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde accipiat de sale, & ponat in os infantis dicens:

Accipe ſalem ſapientiæ, ut habeas vitam æternam, Amen.

Pax tecum. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus patrum noſtrorum, Deus univerſæ creaturæ conditor, te ſuppliciter exoramus, ut hunc famulum tuum N. vel famulam tuam N. reſpicere digneris propitius, ut hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire permittas, quo minus cibo repleatur cœleſti, quatenus ſit ſemper ſpiritu fervens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini deſerviens, perduc eum Domine ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

EXORCISMUS.

Hic manu extenſa quoties ſignatur, faciat crucem ſuper infantem dicens:

Exorcizo te immunde ſpiritus in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ Sancti, ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei N. vel famula Dei N. ipſe enim tibi imperat, maledicte diabole atque damnate, qui pedibus ſuis ſuper mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit Jeſus Chriſtus Dominus noſter. Qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuam, da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jeſu Chriſto Filio ejus, & Spiritui Sancto paracleto, & recede ab hoc famulo Dei N. vel ab hac famula Dei N. quia eum Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus ad ſuam gratiam & benedictionem, fontemque baptiſmatis vocare dignatus eſt, & hoc ſignum ſanctæ ✠ crucis, quod nos fronti ejus da-

mus,

mus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Exorcizo te omnis ſpiritus immunde in nomine Dei Patris omnipotentis ✠ & in nomine Jeſu Chriſti Filii ejus Domini & Judicis noſtri ✠ & in virtute Spiritus Sancti ✠ ut diſcedas ab hoc plaſmate Dei N. quod Dominus noſter ad templum ſanctum ſuum vocare dignatus eſt, ut fiat templum Dei vivi, & Spiritus Sanctus habitet in eo per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Oremus.

Æternam atque juſtiſſimam pietatem tuam deprecor Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus Auctor luminis & veritatis ſuper hunc famulum

tuum

tuum N. vel famulam tuam N. ut digneris eum vel eam illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum vel eam, & ſanctifica, da ei ſcientiam veram, ut dignus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui, ut teneat ſpem firmam, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, ut aptus ſit ad percipiendam gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia Sancti Evangelii ſecundum Matthæum. Gloria tibi Domine.

Hæc dicendo faciat cum pollice crucem in fronte & pectore infantis: deinde imponat ſtolam, & manum dexteram ſuper infantem, quod ultimum & patrini faciant.

In illo tempore oblati ſunt Jeſu parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret: Diſcipuli autem increpabant eos. Jeſus vero ait illis: Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium eſt enim regnum cœlorum. Et cum impoſuiſſet eis manus, abiit inde. ℟. Deo gratias.

Per iſtos ſermones ſancti Evangelii indulgeat nobis Dominus noſter Jeſus Chriſtus omnia delicta noſtra. Amen.

Nunc Sacerdos cum patrinis conjunctim clara voce dicit:

Credo in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ, & in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum, qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine, paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus eſt; deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis; aſcendit ad cœlos, ſedet

ad

ad dexteram Dei Patris omnipotentis; inde venturus est judicare vivos & mortuos: Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum Communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem & vitam æternam, Amen.

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra, panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.

Ich glaube in Gott Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde. Und in Jesum Christum, seinen einigen Sohn, unsern Herrn. Der empfangen ist von dem heiligen Geiste, gebohren aus Maria der Jungfrau. Gelitten unter Pontio Pilato,

gekreu-

gekreuziget, gestorben und begraben. Abgestiegen zu der Hölle, am dritten Tage wieder auferstanden von den Todten. Aufgefahren zu den Himmeln, sitzet zur Rechten Gottes des allmächtigen Vaters. Von dannen er kommen wird, zu richten die Lebendigen und die Todten. Ich glaube in den heiligen Geist; eine heilige allgemeine christliche Kirche, Gemeinschaft der Heiligen; Ablaß der Sünden; Auferstehung des Fleisches; und ein ewiges Leben. Amen.

Vater unser, der du bist in dem Himmel, geheiliget werde dein Name; zukomme uns dein Reich; dein Wille geschehe wie im Himmel, also auch auf Erden: gieb uns heute unser tägliches Brod; und vergieb uns unsere Schulden, als auch wir vergeben unseren Schuldigern. Und führe uns nicht in Versuchung, sondern erlöse uns vom Uebel. Amen.

Deinde Sacerdos recipiat modicum de ſputo oris ſui cum pollice addito modico cinere, & tangens dextram aurem infantis dicat:

Epheta: quod eſt adaperire.

Ad nares. In odorem ſuavitatis.

Ad linguam. Tu autem effugare diabole.

Ad ſiniſtram aurem. Appropinquabit enim judicium Dei.

Quibus finitis Catechumenus introducatur in Eccleſiam ad Baptiſterium, & ibi faciat eum Sacerdos abrenuntiare apellato nomine infantis his verbis.

Sacerdos. N. Abrenuntias Sathanæ?

Widerſageſt du dem Teufel?

Patrinus. Abrenuntio. Ich widerſage.

Sacerdos. Et omnibus pompis ejus?

Und aller ſeiner Hoffarth?

Patrinus. Abrenuntio. Ich widerſage.

Sacerdos. Et omnibus operibus ejus?

Und allen ſeinen Werken? Pa-

Patrinus. Abrenuntio. Ich widersage.

Sacerdos. Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ?

Glaubst du in Gott Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels, und der Erde?

Patrinus. Credo. Ich glaube.

Sacerdos. Credis in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, natum, & passum?

Glaubst du auch in Jesum Christum seinen einigen Sohn, unsern Herrn, der gebohren ist, und gelitten hat?

Patrinus. Credo. Ich glaube.

Sacerdos. Credis & in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam post mortem?

Glaubst du auch in den heiligen Geiste, eine heilige allgemeine christliche Kirche, Ge-

meinschaft der Heiligen, Vergebung der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und nach dem Tod ein ewiges Leben.

Patrinus. Credo. Ich glaube.

Deinde pollice intincto in oleum benedictum liniat pectus infantis crucem faciens, & dicat:

Fuge immunde spiritus; da honorem Deo vivo & vero: Exi immunde spiritus, da locum Spiritui Sancto.

Similiter inter scapulas faciat crucem dicens:

Ego te linio oleo salutis, in Christo Jesu Domino nostro.

His peractis prætermissa interrogatione an velit baptizari, formáque baptismi & ablutione, recipiat de chrismate ad pollicem, & faciat crucem in vertice infantis dicens:

Deus

Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui te regeneravit ex aqua, & Spiritu Sancto, quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum: ipſe te liniat chriſmate ſalutis in eodem Chriſto Jeſu Domino noſtro in vitam æternam, Amen.

Poſtea imponens capiti tunicellam, dicit:

Accipe veſtem candidam, & immaculatam, quam perferas ante tribunal Chriſti, ut habeas vitam æternam, Amen.

Demum det candelam, & dicat:

Accipe candelam ardentem, ut ſis irreprehenſibilis coram Deo, & vivas cum eo in ſæcula ſæculorum, Amen.

Pax tecum. Et cum ſpiritu tuo.

RI-

RITUS
BAPTIZANDI ADULTOS.

PRECES DICENDÆ
ANTE
BAPTISMUM ADULTORUM.

Præparatis omnibus neceſſariis, quæ ad baptizandum requiruntur, Sacerdos ſuperpelliceo & ſtola violacea indutus, flexis ad gradus Altaris genibus pias ad Deum preces fundit, ut tantum Sacramentum digne valeat adminiſtrare: & mox ſurgens ſe ſignat, & ſi temporis ratio ferat, dicit alternatim cum aliis:

Deus in adjutorium meum intende.

Domine ad adjuvandum me feſtina.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.

Si-

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in &c.

Antiph. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, dicit Dominus.

Pſalmus VIII.

Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.

Quoniam elevata eſt magnificentia tua ſuper cœlos.

Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam viſitas eum?

Minuiſti eum paulo minus ab Ange-

lis,

lis: gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus: oves & boves univerſas, inſuper & pecora campi.

Volucres cœli & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.

Domine Dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto,

Sicut erat in principio, & nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Pſalmus XXVIII.

Afferte Domino Filii Dei: afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: adorate Dominum in atrio ſancto ejus.

Vox

Vox Domini ſuper aquas; Deus majeſtatis intonuit: Dominus ſuper aquas multas.

Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros libani.

Et comminuet eas tanquam vitulum libani: & dilectus quemadmodum Filius unicornium.

Vox intercidentis flammam ignis, vox Domini concutientis deſertum: & commovebit Dominus deſertum Cades.

Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condenſa, & in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit, & ſedebit Dominus Rex in æternum.

Dominus virtutem populo ſuo dabit: Dominus benedicet populo ſuo in pace.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc &c.

Psalmus XLI.

Quemadmodum desiderat cervus, ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum: quando apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.

In voce exultationis & confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad

Ad me ipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermonym a monte modico.

Abyſſus abyſſum invocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelſa tua & fluctus tui: ſuper me tranſierunt.

In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam: & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo: ſuſceptor meus es.

Quare oblitus es mei? & quare contriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur oſſa mea: exprobaverunt mihi, qui tribulant me, inimici mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies, ubi eſt Deus? quare triſtis eſt anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi ſalutare vultus mei & Deus meus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Antiph. Effundam super vos aqam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, dicit Dominus.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Pater noster.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos à malo. Amen.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia Majestatis adorare unita-

unitatem, quæſumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur adverſis.

Adeſto ſupplicationibus noſtris, omnipotens Deus, & quod humilitatis noſtræ gerendum eſt miniſterio, tuæ virtutis impleatur effectu.

Da quæſumus Domine, electo noſtro, ut ſanctis edoctus miniſteriis, & renovetur fonte baptiſmatis, & inter Eccleſiæ tuæ membra numeretur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

His præmiſſis deſcendit ad fores Eccleſiæ Sacerdos, & quidem, ſi mas eſt baptizandus, procedit eo, qui ſequitur, modo: ſin fæmina, prout habetur infra.

OR-

ORDO
BAPTIZANDI MAREM ADULTUM.

Catechizandus ſtans in foribus Eccleſiæ, ad interrogationes Sacerdotis reſpondet, ut ſequitur.

S. Quo nomine vocaris? Wie heiſt dein Nam?

℟. N. N.

S. Quid petis ab Eccleſia Dei? Was begehreſt du von der Kirche Gottes?

℟. Fidem. Den Glauben.

S. Fides quid tibi præſtat? Was bringt dir der Glaub?

℟. Vitam æternam. Das ewige Leben.

S. Si vis habere vitam æternam, ſerva mandata: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum, ſicut te ipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ. Fides au-

autem eſt, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate venereris, neque confundendo perſonas, neque ſubſtantiam ſeparando. Alia enim eſt Perſona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti; ſed horum trium una eſt ſubſtantia, & nonniſi una Divinitas.

Et rurſus interrogat:

N. Abrenuntias Sathanæ?

Widerſagſt du dem Teufel?

℟. Abrenuntio. Ich widerſage.

Et omnibus operibus ejus?

Und allen ſeinen Werken?

℟. Abrenuntio. Ich widerſage.

Et omnibus pompis ejus?

Und aller ſeiner Hoffarth?

℟. Abrenuntio. Ich widerſage.

Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ?

Glaubſt du in Gott Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?

℟. Credo. Ich glaube.

S. Credis in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum natum, & passum?

Glaubst du auch in Jesum Christum seinen eingebohrnen Sohn unsern Herrn, der gebohren ist und gelitten hat?

℟. Credo. Ich glaube.

S. Credis & in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam?

Glaubst du auch in den Heiligen Geist, eine heilige allgemeine Christliche Kirchen, Gemeinschaft der Heiligen, Vergebung der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und ein ewiges Leben.

℟. Credo. Ich glaube.

Tunc ter ſufflat in faciem ejus, ſemel dicens:

Exi ab eo ſpiritus immunde, & da locum Spiritui Sancto paraclyto.

Hic in modum crucis halat in faciem ipſius dicens:

N. Accipe Spiritum bonum per iſtam inſufflationem & Dei benedictionem. ✠

Pax tibi. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Deinde facit ſignum crucis cum pollice in ejus fronte & pectore dicens:

N. Accipe ſignum crucis tam in fronte ✠ quam in corde ✠ ſume fidem cœleſtium præceptorum. Talis eſto moribus, ut templum Dei jam eſſe poſſis, ingreſſusque Eccleſiam Dei evaſiſſe te laqueos mortis lætus agnoſce.

Si Catechumenus de gentilitate venit, additur:

Horreſce idola, reſpue ſimulacra.

Si ex Judaiſmo, dicitur:

Horreſce Judaicam perfidiam, reſpue Hebraicam ſuperſtitionem.

Si de Mahumetanis, dicitur:

Horreſce Mahumeticam perfidiam, reſpue pravam ſectam infidelitatis.

Si ab Hæreticis, qui non bene baptizarunt, dicatur:

Horreſce Hæreticam pravitatem, reſpue nefarias ſectas impiorum.

Deinde pergitur.

Cole Deum Patrem omnipotentem, & Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem.

℟. Amen.

Oremus.

Te deprecor Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, ut huic famulo tuo N. qui in hujus ſæculi nocte vagatur,

gatur incertus ac dubius, viam veritatis ac agnitionis tuæ jubeas demonſtrari: quatenus reſeratis oculis cordis ſui, te unum Deum, Patrem in Filio, & Filium in Patre cum Spiritu Sancto recognoſcat, atque hujus confeſſionis fructum, & hic & in futuro ſæculo percipere mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Deinde ſignet illum ſigno crucis cum pollice in fronte dicens:

Signo tibi frontem ✠ ut ſuſcipias crucem Domini.

In auribus. Signo tibi aures ✠ ut audias divina præcepta.

In oculis. Signo tibi oculos ✠ ut videas claritatem Dei.

In naribus. Signo tibi nares ✠ ut odorem ſuavitatis Chriſti ſentias.

In ore. Signo tibi os ✠ ut loquaris verba vitæ.

In pectore. Signo tibi pectus ✠ ut credas in Deum.

In ſcapulis. Signo tibi ſcapulas ✠ ut ſuſcipias jugum ſervitutis ejus.

In toto corpore illud non tangens manu producit ſignum crucis, & dicit:

Signo te totum in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ ut habeas vitam æternam, & vivas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

Preces noſtras quæſumus Domine clementer exaudi, & hunc electum tuum N. crucis dominicæ, cujus impreſſione eum ſignamus, virtute cuſtodi: ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſervans, per cuſtodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Oremus.

Deus, qui humani generis ita es conditor, ut ſis etiam reformator; propitiare populis adoptivis, & novo teſtamento ſobolem novæ prolis adſcribe, ut filii promiſſionis, quod non potuerunt aſſequi per naturam, gaudeant ſe recepiſſe per gratiam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Tunc imponat manum ſuper caput Electi dicens:

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, reſpicere digneris ſuper hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnemque cæcitatem cordis ab eo expelle, diſrumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerat colligatus, aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut ſigno ſapien-

pientiæ tuæ imbutus omnium cupiditatum fætoribus careat, & ad ſuavem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Eccleſia tua deſerviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus efficiatur accedere ad gratiam Baptiſmi tui perceptâ medicinâ. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Omittitur ſequens oratio, niſi Catechumenus fuerat gentilis.

Oremus.

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, qui es, qui eras, & qui permanes uſque in finem; cujus origo neſcitur, nec finis comprehendi poteſt: te ſupplices invocamus ſuper hunc famulum tuum N. quem liberaſti de errore gentilium & converſatione turpiſſima, dignare exaudire eum, qui tibi cervices ſuas humiliat ad lavacri fontem, ut renatus ex aqua

&

& Spiritu Sancto, exſpoliatus veterem hominem induat novum, qui ſecundum te creatus eſt: accipiat veſtem incorruptam & immaculatam, tibique Deo noſtro ſervire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Tunc pollice & indice accipit de ſale benedicto, & immittat in os Catechumeni, dicens:

N. Accipe ſalem ſapientiæ, propitiatio ſit tibi in vitam æternam.

℟. Amen.

Pax tibi.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus patrum noſtrorum, Deus univerſæ conditor veritatis, te ſupplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. reſpicere digneris propitius, & hoc pri-

mum

mum pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire permittas, quo minus cibo repleatur cœleſti, quatenus ſit ſemper ſpiritu fervens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſerviens, perduc eum Domine ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Deinde dicat Sacerdos ſuper Marem:

Ora Electe, flecte genua, & dic Pater noſter.

Auserwählter, knie nieder, und bethe das Vater unſer.

Quo dicto uſque ad Amen excluſive ſubjungit Sacerdos:

Leva, comple orationem tuam, & dic Amen.

℟. Amen.

Steh auf, vollende dein Gebeth; und sprich: Amen.

℟. Amen.

Postea Sacerdos dicit Patrino:

Signa eum.

Bezeichne ihn mit dem heil. Kreuze.

Deinde dicit Electo:

Accede. Komm herbey.

Patrinus pollice signat eum in fronte, dicens:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Im Namen Gottes des Vaters, und des Sohns, und des heil. Geistes.

Tum quoque facit Sacerdos in fronte ejus crucem, ita dicens:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Deinde imponit manum ſuper eum, & dicit:

Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob, Deus, qui Moyſi famulo tuo in monte Sinai apparuiſti, & filios Iſrael de terra Ægypti eduxiſti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte. Te quæſumus Domine, ut mittere digneris S. Angelum tuum de cœlis, qui ſimiliter cuſtodiat & hunc famulum tuum N. & perducat eum ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

EXORCISMUS.

Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jeſu Chriſto Filio

lio ejus, & Spiritui Sancto, & recede ab hoc famulo Dei N. quia iſtum ſibi Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, fontemque baptiſmatis vocare dignatus eſt, & hoc ſignum ſanctæ ✠ crucis, quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem.

℟. Amen.

Secundo dicat Sacerdos ſuper Marem.

Ora Electe, flecte genua, & dic Pater noſter.

Auserwählter, knie nieder, und bethe das Vater unſer.

Quo dicto uſque ad Amen excluſive ſubjungit Sacerdos:

Leva, comple orationem tuam, & dic Amen.

Steh auf, vollende dein Gebeth, und sprich: Amen.

℟. Amen.

Postmodum Sacerdos dicit Patrino:

Signa eum.

Bezeichne ihn mit dem heil. Kreuze.

Deinde dicit Electo:

Accede. Komm herbey.

Patrinus pollice signat eum in fronte, dicens:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Im Namen Gottes, des Vaters, und des Sohns, und des heil. Geistes.

Tum quoque signat eum Sacerdos, ita dicendo:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Deinde imponit manum super eum, & dicit:

Oremus.

Deus immortale præsidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium, resurrectio mortuorum. Te invoco super hunc famulum tuum N. qui baptismi tui donum petens, æternam consequi gratiam spirituali regeneratione desiderat: accipe eum Domine, & quia dignatus es dicere: petite, & accipietis, quærite & invenietis, pulsate & aperietur vobis, petenti præmium porrige, & januam pande pulsanti, ut æternam cœlestis lavacri benedictionem consecutus, promissa tui muneris regna percipiat. Qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

EXORCISMUS.

Audi maledicte Sathana, adjuratus per nomen æterni Dei & Salvatoris no-

stri

ſtri Jeſu Chriſti Filii ejus, cum tua victus invidia, tremens gemensque diſcede; nihil tibi ſit commune cum ſervo Dei N. jam cœleſtia cogitante renuntiaturo tibi & ſæculo tuo, & beatæ immortalitati victuro. Da igitur honorem advenienti Spiritui Sancto, qui ex ſumma cœli arce deſcendens pro turbatis fraudibus tuis divino fonte purgatum pectus, ſanctificatum Deo templum & tabernaculum perficiat, ut ab omnibus penitus noxiis prætaritorum criminum liberatus ſervus Dei gratias perenni Deo referat ſemper, & benedicat nomen ſanctum ejus in ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Tertio dicat ſuper eum.

Ora Electe, flecte genua, & dic Pater noſter.

Auserwählter, knie nieder, und bethe das Vater unſer.

Quo

Quo dicto usque ad Amen exclusive subjungit Sacerdos:

Leva, comple orationem tuam, & dic Amen.

Steh auf, vollende dein Gebeth, und sprich: Amen.

℟. Amen.

Tunc Sacerdos dicit Patrino:

Signa eum.

Bezeichne ihn mit dem heil. Kreuze.

Deinde dicit Electo:

Accede. Komm herbey.

Patrinus signat eum pollice in fronte dicens:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Im Namen Gottes des Vaters, und des Sohns, und des heil. Geistes.

Similiter facit Sacerdos ita dicendo:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Et

Et imponit manum ſuper eum dicens:

Exorcizo te immunde ſpiritus in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ Sancti, ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei: ipſe enim tibi imperat, maledicte diabole atque damnate, qui pedibus ſuis ſuper mare ambulavit, & Petro mergenti dextram porrexit.

Exorcismus.

Ergo maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jeſu Chriſto Filio ejus, & Spiritui Sancto: & recede ab hoc famulo Dei N. quia iſtum ſibi Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam fontemque baptiſmatis vocare dignatus eſt: & hoc ſignum ſanctæ crucis ✠ quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum no-

noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem.

℟. Amen.

Sacerdos imponit manus ſuper caput ejus, & dicit:

Oremus.

Æternam ac juſtiſſimam pietatem tuam deprecor Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, Author luminis & veritatis ſuper hunc famulum tuum N. ut digneris eum illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eum & ſanctifica: da ei ſcientiam veram, ut dignus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui, teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, ut aptus ſit ad percipiendam gratiam tuam. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

His peractis ſiniſtra manu apprehendens Sacerdos dextram Electi prope brachium, vel ei porrigens extremam partem ſtolæ, introducit in Eccleſiam dicens:

N. Ingredere in ſanctam Eccleſiam Dei, ut accipias benedictionem cœleſtem a Domino Jeſu Chriſto, & habeas partem cum illo & Sanctis ejus.

℟. Amen.

Ingreſſus Electus proſternit ſe in pavimento & adorat. Deinde ſurgit, & Sacerdos imponit manum ſuper caput ejus, & Electus cum eo recitat ſymbolum Apoſtolorum & orationem dominicam.

Credo in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ & in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum, qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus,

&

& ſepultus; deſcendit ad inferos tertia die reſurrexit à mortuis; aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; inde venturus eſt judicare vivos & mortuos: Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum Communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem & vitam æternam, Amen.

Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen.

Ich glaube in Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde. Und in Jeſum Chriſtum, ſeinen einigen

 Sohn,

Sohn, unsern Herrn. Der empfangen ist von dem heiligen Geiste, gebohren aus Maria der Jungfrau. ¦ Gelitten unter Pontio Pilato, gekreuziget, gestorben und begraben. Abgestiegen zu der Hölle, am dritten Tage wieder auferstanden von den Todten. Aufgefahren zu den Himmeln, sitzet zur Rechten Gottes des allmächtigen Vaters. Von dannen er kommen wird, zu richten die Lebendigen und die Todten. Ich glaube in den heiligen Geist; eine heilige allgemeine christliche Kirche, Gemeinschaft der Heiligen; Ablaß der Sünden; Auferstehung des Fleisches; und ein ewiges Leben. Amen.

Vater unser, der du bist in dem Himmel, geheiliget werde dein Name; zukomme uns dein Reich; dein Wille geschehe wie im Himmel, also auch auf Erden: gieb uns heute unser tägliches Brod; und vergieb uns unsere Schulden, als auch wir vergeben unse-

ren Schuldigern. Und führe uns nicht in Versuchung, sondern erlöse uns vom Uebel. Amen.

Tunc rursus Sacerdos imponat manum super caput Electi, & dicat Exorcismum.

Nec te lateat, sathana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem judicii, diem supplicii sempiterni, diem, qui venturus est, velut clibanus ardens, in quo tibi atque universis Angelis tuis præparatus sempiternus erit interitus. Proinde damnate atque damnande, da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, da honorem Spiritui Sancto Paraclyto, in cujus nomine atque virtute præcipio tibi, quicunque es spiritus immunde, ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei N. quem hodie idem Deus, & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam &

bene-

benedictionem, fontemque baptismatis dono vocare dignatus est, ut fiat ejus templum per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum. In nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & Sæculum per ignem.

℟. Amen.

Postea Sacerdos accipit de saliva oris sui, & tangit nares & aures Electi, tangendo vero aurem dextram & sinistram dicit:

Epheta, quod est adaperire.

Deinde tangendo nares dicit:

In odorem suavitatis.

Et subdit:

Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Deinde interrogat Electum:

Qui vocaris? Wie heist du?

℟. N. N.

S. N.

N. Abrenuntias ſathanæ?
Widerſageſt du dem Teufel?
℟. Abrenuntio. Jch widerſage.
Et omnibus operibus ejus?
Und allen ſeinen Werken?
℟. Abrenuntio. Jch widerſage.
Et omnibus pompis ejus?
Und aller ſeiner Hoffarth?
Abrenuntio. Jch widerſage.

Tunc Sacerdos pollicem dextræ manus intingit in oleo ſalutis ſive Catechumenorum, & inungit Electum primum in pectore, deinde inter ſcapulas in modum crucis dicens:

Ego te linio ✠ oleo ſalutis in Chriſto ✠ Jeſu Domino noſtro in vitam æternam. ℟. Amen.

Pax tibi.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Mox bombacio tergit pollicem, & loca inuncta, & ſubjungit dicens:

Exi

Exi immunde ſpiritus, & da honorem Deo vivo & vero. Fuge immunde ſpiritus, & da locum Jeſu Chriſto Filio ejus. Recede immunde ſpiritus, & da locum Spiritui Sancto Paraclyto.

Depoſita ſtola violacea aſſumit Sacerdos albam, & interrogat:

Qui vocaris? Wie heiſt du?

℟. N. N.

Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ?

Glaubſt du in Gott Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels, und der Erde?

℟. Credo. Ich glaube.

Credis & in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum, natum, & paſſum?

Glaubſt du auch in Jeſum Chriſtum seinen einigen Sohn, unſern Herrn, der gebohren iſt, und gelitten hat?

℟. Credo. Ich glaube. Cre-

Credis & in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam?

Glaubst du auch in den heiligen Geist, eine heilige allgemeine christliche Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Vergebung der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und ein ewiges Leben.

Credo. Ich glaube.

N. Quid petis ab Ecclesia Dei?

Was begehrst du von der Kirche Gottes?

℟. Baptismum.

Den heiligen Tauf.

N. Vis baptizari?

Willst du getauft werden?

℟. Volo. Ich will.

Bayerische Staatsbibliothek München

Tunc Patrinus tenet Electum aperto capite, laxatis e collo veſtibus inclinatum: Sacerdos vero hauſtam de fonte baptiſmali aquam ter ſupra caput Electi in modum crucis effundit, ſemel dicens:

N. Ego te baptizo in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus Sancti, ✠

℟. Amen.

Deinde Sacerdos intingit pollicem dexteræ manus in ſacrum chriſma, & perungit verticem Electi in modum crucis, & dicit:

Deus omnipotens Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu Sancto, quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum, ipſe te liniat chriſmate ſalutis ✠ in eodem Chriſto Jeſu Domino noſtro in vitam æternam.

℟. Amen.

Pax tecum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Sa-

Sacerdos bombacio pollicem & verticem Electi abſtergit, & poſtea capiti Electi chriſmale ſeu candidum linteolum imponit dicens:

Accipe veſtem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut habeas vitam æternam.

℟. Amen.

Poſtea dat ei Sacerdos candelam ardentem in manu dextra dicens

Accipe lampadem ardentem, & irreprehenſibilis cuſtodi baptiſmum tuum; ſerva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei in aula cœleſti in vitam æternam.

℟. Amen.

Tandem Sacerdos Neophyto dicit:

N. Vade in pace, & Dominns ſit tecum.

℟. Amen.

ORDO
BAPTIZANDI FAEMINAM ADULTAM.

Præparatis ad baptizandum necessariis, & præmissis, si tempus patitur, precibus antè baptismum Adultarum annotatis descendit Sacerdos ad fores Ecclesiæ, in quibus Catechizanda stans respondet ad interrogationes Sacerdotis.

Quo nomine vocaris?

Wie heist dein Nam?

℟. N. N.

Quid petis ab Ecclesia Dei?

Was begehrst du von der Kirche Gottes?

℟. Fidem.

Den Glauben.

Fi-

Fides quid tibi præstat?
Was giebt dir der Glaub?
℟. Vitam æternam.
Das ewige Leben.

Si vis habere vitam æternam, serva mandata: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum, sicut te ipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ. Fides autem est, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate venereris, neque confundendo personas, neque substantiam separando. Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti, sed horum trium una est substantia & nonnisi una divinitas.

N. Abrenuntias sathanæ?
Widersagst du dem Teufel?
℟. Abrenuntio.
Ich widersage.

Et

Et omnibus operibus ejus?
Und allen ſeinen Werken?
℟. Abrenuntio. Ich widerſage.
Et omnibus pompis ejus?
Und aller ſeiner Hoffarth?
℟. Abrenuntio. Ich widerſage.
Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ?
Glaubſt du in Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde?
℟. Credo. Ich glaube.
Credis in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum natum, & paſſum?
Glaubſt du auch in Jeſum Chriſtum seinen einigen Sohn, der gebohren iſt, und gelitten hat?
℟. Credo. Ich glaube.

Credis & in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam?

Glaubst du auch in den heiligen Geist, eine heilige allgemeine christliche Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Ablaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und ein ewiges Leben?

Credo. Ich glaube.

Tunc Sacerdos exsufflat ter in faciem ejus, semel dicens:

Exi ab ea spiritus immunde, & da locum Spiritui Sancto paraclyto.

Hic per modum crucis halat in faciem ipsius dicens:

N. Accipe Spiritum bonum per istam insufflationem & Dei benedictionem. ✠

Pax tibi.

Et cum spiritu tuo.

N. Accipe ſignum crucis tam in fronte ✠ quam in corde ✠ ſume fidem cœleſtium præceptorum. Talis eſto moribus, ut templum Dei jam eſſe poſſis, ingreſſaque Eccleſiam Dei evaſiſſe te laqueos mortis læta agnoſce.

Si Catechumena de gentilitate venit, additur:

Horreſce idola, reſpue ſimulacra.

Si ex Judaiſmo, dicitur:

Horreſce Judaicam perfidiam, reſpue Hebraicam ſuperſtitionem.

Si ex Mahumetanis, dicitur:

Horreſce Mahumeticam perfidiam, reſpue pravam ſectam infidelitatis.

Si ab Hæreticis, qui male baptizarunt, dicatur:

Horreſce Hæreticam pravitatem, reſpue nefarias ſectas impiorum.

Deinde pergitur:

Co-

Cole Deum Patrem omnipotentem, & Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem.

℟. Amen.

Oremus.

Te deprecor Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, ut huic famulæ tuæ N. quæ in hujus ſæculi nocte vagatur incerta ac dubia, viam veritatis ac agnitionis tuæ jubeas demonſtrari: quatenus reſeratis oculis cordis ſui, te unum Deum, Patrem in Filio, & Filium in Patre cum Spiritu Sancto recognoſcat, atque hujus confeſſionis fructum, & hic & in futuro ſæculo percipere mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Deinde ſignet illam ſigno crucis cum pollice in fronte dicens:

Signo tibi frontem ✠ ut ſuſcipias crucem Domini.

In auribus. Signo tibi aures ✠ ut audias divina præcepta.

In oculis. Signo tibi oculos ✠ ut videas claritatem Dei.

In naribus. Signo tibi nares ✠ ut odorem ſuavitatis Chriſti ſentias.

In ore. Signo tibi os ✠ ut loquaris verba vitæ.

In pectore. Signo tibi pectus, ✠ ut credas in Deum.

In ſcapulis: Signo tibi ſcapulas ✠ ut ſuſcipias jugum ſervitutis ejus.

In toto corpore, illud non tangens manu, producit ſignum crucis, & dicit:

Signo te totum in nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ ut habeas vitam æternam, & vivas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Ore-

Oremus.

Preces noſtras quæſumus Domine clementer exaudi, & hanc electam tuam ✠ crucis dominicæ, cujus impreſſione eam ſignamus, virtute cuſtodi: ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſervans, per cuſtodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Oremus.

Deus, qui humani generis ita es conditor, ut ſis etiam reformator; propitiare populis adoptivis, & novo teſtamento ſobolem novæ prolis adſcribe, ut Filii promiſſionis, quod non potuerunt aſſequi per naturam, gaudeant ſe recepiſſe per gratiam. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Tunc imponit manus ſuper caput Electæ, & dicit:

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, reſpicere digneris ſuper hanc famulam tuam N. quam ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnemque cæcitatem cordis ab ea expelle, diſrumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerat colligata: aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut ſigno ſapientiæ tuæ imbuta, omnium cupiditatum fætoribus careat, & ad ſuavem odorem præceptorum tuorum læta tibi in Eccleſia tua deſerviat, & proficiat de die in diem, ut idonea efficiatur accedere ad gratiam Baptiſmi tui perceptâ medicinâ. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Deinde ſuper fæminam Sacerdos dicit:

Ora Electa, flecte genua, & dic Pater noſter.

Auserwählte, knie nieder, und bethe das Vater unſer.

Quo dicto uſque ad Amen excluſive ſubjungit Sacerdos:

Leva, comple orationem tuam, & dic Amen.

Steh auf, vollende dein Gebeth, und ſprich: Amen.

℟. Amen.

Poſtea Sacerdos dicit Matrinæ:

Signa eam.

Bezeichne ſie mit dem heiligen Kreuze.

Electæ vero dicit:

Accede. Komm herbey.

Et

Et Matrina ſignat eam pollice in fronte dicens:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Im Namen Gottes, des Vaters, und des Sohns, und des heil. Geiſtes.

Tum quoque Sacerdos facit crucem in fronte ejus, ita dicendo:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Deinde imponit manum ſuper eam, & dicit:

Oremus.

Deus cœli, Deus terræ, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus Apoſtolorum, Deus Martyrum, Deus Confeſſorum, Deus Virginum, Deus omnium bene viventium; Deus, cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur,

tur cœlestium, terrestrium & infernorum; te invoco Domine, super hanc famulam tuam N. ut eam custodire, & perducere digneris ad gratiam baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Exorcismus.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui Sancto: & recede ab hac famula Dei N. quia istam sibi Deus & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam fontemque baptismatis vocare dignatus est: & hoc signum sanctæ ✠ crucis quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem.

℟. Amen.

Deinde ſecundo dicat Sacerdos ſuper fœminam:

Ora Electa, flecte genua, & dic Pater noſter.

Auserwählte knie nieder, und bethe das Vater unſer.

Quo dicto uſque ad Amen excluſive ſubjungit Sacerdos:

Leva, comple orationem tuam, & dic Amen.

℟. Amen.

Steh auf, vollende dein Gebeth, und ſprich: Amen.

Poſtmodum Sacerdos dicit Matrinæ:

Signa eam.

Bezeichne ſie mit dem heiligen Kreuze.

Deinde Electæ dicit:

Accede. Komm herbey.

Matrina ſignat eam pollice in fronte, dicens:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Im Namen Gottes des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Sacerdos quoque eam ſignat, ita dicendo:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Et imponit manum ſuper eam dicens:

Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob, Deus, qui Moyſi famulo tuo in monte Sinai apparuiſti, & filios Iſrael de terra Ægypti eduxiſti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte: te quæſumus Domine, ut mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui ſimiliter cuſtodiat & hanc famulam tuam N. & perducat eam ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Tertio repetit Sacerdos ſuper eam:

Ora Electa, flecte genua, & dic Pater noſter.

Auserwählte knie nider, und bethe das Vater unſer.

Quo dicto uſque ad Amen excluſive ſubjungit Sacerdos:

Leva, comple orationem tuam, & dic Amen.

Steh auf, vollende dein Gebeth, und ſprich: Amen.

℟. Amen.

Tunc Sacerdos dicit Matrinæ:

Signa eam.

Bezeichne ſie mit dem heiligen Kreuze.

Deinde Electæ dicit:

Accede. Komm herbey.

Matrina ſignat eam pollice in fronte dicens:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Im Namen Gottes des Vaters, und des Sohns, und des heil. Geiſtes. Sa-

Sacerdos quoque eam ſignat, ita dicendo:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Et imponit manum ſuper eam, dicens

Oremus.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob, Deus, qui famulo tuo in monte Sinai apparuiſti, & filios Iſrael de terra Ægypti eduxiſti, deputans eis Angelum pietatis tuæ, qui cuſtodiret eos die ac nocte: te quæſumus Domine, ut mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui ſimiliter cuſtodiat hanc famulam tuam N. & perducat eam ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Iterum imponit manum ſuper caput ejus, & dicit:

Exorcizo te immunde ſpiritus per Patrem ✠ & Filium ✠ & Spiritum ſan-

ſanctum, ✠ ut exeas & recedas ab hac famula Dei: ipſe enim tibi imperat, maledicte diabole atque damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum de monumento ſuſcitavit.

Ergo maledicte diabole, recognoſce ſententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jeſu Chriſto Filio ejus, & Spiritui ſancto, & recede ab hac famula Dei N. quia iſtam ſibi Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, fontemque baptiſmatis vocare dignatus eſt: & hoc ſignum ſanctæ ✠ crucis quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem.

℟. Amen.

Sa-

Sacerdos imponit manum ſuper caput ejus, & dicit:

Oremus.

Æternam ac juſtiſſimam pietatem tuam deprecor Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, Author luminis & veritatis ſuper hanc famulam tuam N. ut digneris eam illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eam & ſanctifica: da ei ſcientiam veram, ut digna efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui, teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam, ut apta ſit ad percipiendam gratiam tuam. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

His peractis ſiniſtra manu apprehendens Sacerdos dextram electæ prope brachium, vel ei porrigens extremam partem

tem ſtolæ, introducit eam in Eccleſiam dicens:

N. Ingredere in ſanctam Eccleſiam Dei, ut accipias benedictionem cœleſtem a Domino noſtro Jeſu Chriſto, ut habeas partem cum illo & Sanctis ejus.

Ingreſſa Electa proſternit ſe in pavimento, & adorat. Deinde ſurgit & Sacerdos imponit manum ſuper caput ejus, & Electa cum eo recitat ſymbolum Apoſtolorum, & orationem dominicam.

Credo in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ, & in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum, qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus; deſcendit ad inferos tertia die reſurrexit à mortuis; aſcendit ad cœlos,

los, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; inde venturus eſt judicare vivos & mortuos: Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum Communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem & vitam æternam, Amen.

Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen.

Ich glaube in Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erde. Und in Jeſum Chriſtum, ſeinen einigen Sohn, unſern Herrn. Der empfangen iſt von dem heiligen Geiſte, gebohren aus Maria der

Jungfrau. Gelitten unter Pontio Pilato, gekreuziget, gestorben und begraben. Abgestiegen zu der Hölle, am dritten Tage wieder auferstanden von den Todten. Aufgefahren zu den Himmeln, sitzet zur Rechten Gottes des allmächtigen Vaters. Von dannen er kommen wird, zu richten die Lebendigen und die Todten. Ich glaube in den heiligen Geist; eine heilige allgemeine christliche Kirche, Gemeinschaft der Heiligen; Ablaß der Sünden; Auferstehung des Fleisches; und ein ewiges Leben. Amen.

Vater unser, der du bist in dem Himmel, geheiliget werde dein Name; zukomme uns dein Reich; dein Wille geschehe wie im Himmel, also auch auf Erden: gieb uns heute unser tägliches Brod; und vergieb uns unsere Schulden, als auch wir vergeben unseren Schuldigern. Und führe uns nicht in Versuchung, sondern erlöse uns vom Uebel. Amen.

Rurſus Sacerdos imponat manum ſuper caput Electæ, & dicit Exorciſmum.

Nec te lateat, ſathana, imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem judicii, diem ſupplicii ſempiterni, diem, qui venturus eſt, velut clibanus ardens, in quo tibi atque univerſis Angelis tuis præparatus ſempiternus erit interitus. Proinde damnate atque damnande, da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jeſu Chriſto Filio ejus, da honorem Spiritui Sancto Paraclyto, in cujus nomine atque virtute præcipio tibi, quicunque es ſpiritus immunde, ut exeas & recedas ab hac famula Dei ✠ quam hodie idem Deus, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontemque baptiſmatis dono vocare dignatus eſt, ut fiat ejus templum per aquam regenerationis in remiſſionem omnium peccatorum. In nomi-

ne ejusdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & Sæculum per ignem.

℟. Amen.

Poſtea Sacerdos accipit de ſaliva oris ſui & tangit aures & nares Electæ, tangendo vero aurem dextram & ſiniſtram dicit:

Epheta, quod eſt adaperire.

Deinde nares tangendo dicit:

In odorem ſuavitatis.

Et ſubdit:

Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Deinde interrogat Electam:

Qui vocaris? Wie heiſt du?

℟. N. N.

N. Abrenuntias ſathanæ?

Widerſageſt du dem Teufel?

Abrenuntio. Ich widerſage.

Et omnibus operibus ejus?
Und allen ſeinen Werken?
Abrenuntio. Ich widerſage.
Et omnibus pompis ejus?
Und aller ſeiner Hoffarth?
Abrenuntio. Ich widerſage.

Tunc Sacerdos pollicem dextræ manus intingit in oleo ſalutis ſive Catechumenorum & inungit Electam primum in pectore, deinde inter ſcapulas in modum crucis, dicens:

Ego te linio ✠ oleo ſalutis in Chriſto ✠ Jeſu Domino noſtro in vitam æternam.

℟. Amen.

Pax tibi.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Mox bombacio tergit pollicem & loca inuncta, & ſubjungit dicens:

Exi

Exi immunde ſpiritus, & da honorem Deo vivo & vero. Fuge immunde ſpiritus, & da locum Jeſu Chriſto Filio ejus. Recede immunde ſpiritus, & da locum Spiritui Sancto Paraclyto.

Depoſita ſtola violacea aſſumit Sacerdos albam & interrogat:

Qui vocaris? Wie heiſt du?

℟. N. N.

Credis in Deum Patrem omnipotentem Creatorem cœli & terræ?

Glaubſt du in Gott Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels, und der Erde?

℟. Credo. Ich glaube.

Credis & in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum, natum, & paſſum?

Glaubſt du auch in Jeſum Chriſtum seinen einigen Sohn, unſern Herrn, der gebohren iſt, und gelitten hat?

Credo. Ich glaube.

Cre-

Credis & in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam?

Glaubst du auch in den heiligen Geist, eine heilige allgemeine christliche Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Vergebung der Sünden, Auferstehung des Fleisches, und ein ewiges Leben.

Credo. Ich glaube.

Quid petis?

Was begehrst du?

℟. Baptismum.

Den heiligen Tauf.

N. Vis baptizari?

Willst du getauft werden?

℟. Volo. Ich will.

Tunc Matrina tenet Electam aperto capite laxatis a collo vestibus inclinatam: Sacerdos vero haustam de fonte baptismali

mali aquam ter ſupra caput Electæ in modum crucis effundit, ſemel dicens:

N. Ego te baptizo in nomine Patris, ✠ & Fi ✠ lii, & Spirius ✠ Sancti,

℟. Amen.

Deinde Sacerdos intingit pollicem dexteræ manus in ſacrum chriſma, & perungit verticem Electæ in modum crucis, & dicit:

Deus omnipotens Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu Sancto, quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum, ipſe te liniat chriſmate ✠ ſalutis in eodem Chriſto Jeſu Domino noſtro in vitam æternam.

℟. Amen.

Pax tecum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Sa-

Sacerdos pollicem & verticem Electæ bombacio abſtergit: & poſtea capiti Electæ chriſmale ſeu candidum linteolum imponit, dicens:

Accipe veſtem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut habeas vitam æternam.

℟. Amen.

Poſtea dat ei Sacerdos candelam ardentem in manu dextra dicens:

Accipe lampadem ardentem, & irreprehenſibilis cuſtodi baptiſmum tuum; ſerva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad nuptias, poſſis occurrere ei in aula cœleſti in vitam æternam.

℟. Amen.

Tandem Sacerdos dicat Neophytæ:

N. Vade in pace, & Dominus ſit tecum.

℟. Amen.

RITUS
OBSERVANDUS,
CUM
EPISCOPUS BAPTIZAT.

Si Episcopus, vel S. R. E. Cardinalis parvulos, vel adultos baptizare voluerit, parantur, & servantur omnia, ut superius de ordine baptismi dictum est, atque hæc præterea, quæ infra notantur.

Adsint Capellani, vel alii Presbyteri & Clerici superpelliceis induti, qui assistant, & ministrent.

Ipse vero super rochetum accipiat albam & cingulum, & stolam, & pluviale violacei coloris, & mitram, atque ita paratus cum ministris procedat ad baptismi ministerium, & dum interrogat: N. quid

petis

petis ab Eccleſia Dei? ac dum facit reliquas interrogationes, ſedet cum mitra: cum vero exſufflat dicendo: Exi ab eo immunde ſpiritus, ſurgit cum mitra.

Rurſus ſedet, cum ſignat infantem vel catechumenum ſigno crucis in fronte & in pectore, vel dicit: Accipe ſignum ſanctæ crucis &c. & cum dicit orationes, quæ præcedunt, vel ſequuntur benedictionem ſalis, ſurgit depoſita mitra, ſimiliter dum ipſum ſalem benedicit. Cum autem ſalem benedictum immittit in os baptizandi, mitram accipit & ſedet. Cum vero legit exorciſmos, & dum ſaliva aures & nares catechumeni tangens dicit: Ephpheta, ac dum introducit eum in Eccleſiam, ſtat cum mitra.

Cum autem dicit: Credo in Deum Patrem &c. Pater noſter. ſuper catechumenum ſtat ſine mitra. Sed cum nomen quærit, & interrogat. N. Abrenuntias ſa-

thanæ? & baptizandum oleo ſacro in pectore & inter ſcapulas inungit, ſedet cum mitra, quo facto accipit ſtolam, & pluviale album. Et cum rurſus interrogat de fide Credis in Deum &c. Vis baptizari? & cum baptizat per infuſionem, ſedet cum mitra. Si vero baptizat per immerſionem, mitram retinens ſtare debet.

Cum demum chriſmate verticem baptizati linit, & dat ei veſtem candidam, & candelam accenſam, ac dicit: Vade in pace &c. ſedet cum mitra.

Si autem Pontifex quempiam a Presbytero jam catechizatum, tantum baptizare voluerit, ſic paratus veſtibus albis incipiat poſtquam ad baptiſterium deventum fuerit, dicens: Quo nomine vocaris? ℟. N. Epiſcopus interrogat: N. Credis in Deum Patrem omnipotentem &c. & proſequitur uſque in finem juxta ordinem baptiſmi, ut ſupra.

RITUS
BENEDICENDI SALEM AD BAPTISMUM ADHIBENDUM.

Exorcizo te creatura ſalis in nomine Dei Patris omnipotentis ✠ & in charitate Domini noſtri Jeſu Chriſti ✠ & in virtute Spiritus Sancti ✠ Exorcizo te per Deum vivum ✠ per Deum verum ✠ per Deum ſanctum ✠ per Deum ✠ qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo venienti ad credulitatem per ſervos ſuos conſecrari præcepit, ut in nomine ſanctæ Trinitatis efficiaris ſalutare Sacramentum ad effugandum inimicum, proinde rogamus te Domine Deus noſter, ut hanc creaturam ſalis ſanctificando ſanctifices ✠ & benedicendo benedicas ✠ ut fiat omnibus

bus accipientibus perfecta medicina, permanens in viſceribus eorum, in nomine ejusdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem.

℟. Amen.

BENEDICTIO
FONTIS BAPTISMI
Extra Sabbatum Paſchæ & Pentecoſtes, cum aqua conſecrata non habeatur.

Primum lavatur & mundatur vas baptiſterii, deinde limpida aqua repletur. Tum Sacerdos cum ſuis clericis, & duobus cereis præcedentibus, ac thuribulis & incenſo, & cum vaſculis chriſmatis & olei catechumenorum deſcendit ad fontem, & ibi vel ante altare baptiſterii dicit litanias.

Ky-

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miſerere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, miſerere nobis.

Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, miſerere nobis.

Sancta Maria, ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix, ora pro nobis.

Sancta Virgo Virginum, ora pro nobis.

Sancte Michael, ora pro nobis.

Sancte Gabriel, ora pro nobis.

Sancte Raphael, ora pro nobis.

Omnes ſancti Angeli & Archangeli, orate pro nobis.

Omnes ſancti beatorum ſpirituum Ordines, orate pro nobis.

S. Joannes Baptiſta, ora pro nobis.

S. Joſephe, ora pro nobis.

Omnes

Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, orate pro nobis.
S. Petre, ora pro nobis.
S. Paule, ora pro nobis.
S. Andrea, ora pro nobis.
S. Joannes, ora pro nobis.
Omnes ſancti Apoſtoli, & Evangeliſtæ, orate pro nobis.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate pro nobis.
S. Stephane, ora pro nobis.
S. Laurenti, ora pro nobis.
S. Vincenti, ora pro nobis.
Omnes ſancti Martyres, orate pro nobis.
S. Silveſter, ora pro nobis.
S. Gregori, ora pro nobis.
S. Auguſtine, ora pro nobis.
Omnes ſancti Pontifices, & Confeſſores, orate pro nobis.
Omnes ſancti Doctores, orate pro nobis.
S. Antoni, ora pro nobis.

S.

S. Benedicte, ora pro nobis.
S Dominice, ora pro nobis.
S. Francifce, ora pro nobis.
Omnes fancti Sacerdotes & Levitæ, orate pro nobis.
Omnes fancti Monachi & Eremitæ, orate pro nobis.
S. Maria Magdalena, ora pro nobis.
S. Agnes, ora pro nobis.
S. Cæcilia, ora pro nobis.
S. Agatha, ora pro nobis.
S. Anaftafia, ora pro nobis.
Omnes fanctæ Virgines, & Viduæ, orate pro nobis.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius efto; parce nobis Domine.
Propitius efto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera nos Domine.
Ab omni peccato, libera nos Domine.
A morte perpetua, libera nos Domine.

Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, libera nos Domine.

Per adventum tuum, libera nos Domine.

Per nativitatem tuam, libera nos Domine.

Per baptismum, & sanctum jejunium tuum, libera nos Domine.

Per crucem & passionem tuam, libera nos Domine.

Per mortem & sepulturam tuam, libera nos Domine.

Per sanctam resurrectionem tuam, libera nos Domine.

Per admirabilem ascensionem tuam, libera nos Domine.

Per adventum Spiritus sancti paraclyti, libera nos Domine.

In die judicii, libera nos Domine.

Peccatores, te rogamus audi nos.

Ut Ecclesiam tuam sanctam regere & conservare digneris, te rogamus audi nos.

Ut

Ut domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſervare digneris, te rogamus &c.

Ut inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris, te rogamus, audi nos.

Ut regibus & principibus chriſtianis pacem, & veram concordiam donare digneris, te rogamus, audi nos.

Ut nosmetipſos in tuo ſancto ſervitio confortare, & conſervare digneris, te rogamus audi nos.

Ut omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuere digneris, te rogamus audi nos.

Ut fructus terræ dare & conſervare digneris, te rogamus audi nos.

Jam Sacerdos ſtans dicat, & ſecundo repetat ſequentem verſum.

Ut fontem iſtum ad regenerandam tibi novam prolem benedicere ✠ & conſecrare ✠ digneris, te rogamus audi nos.

Ut nos exaudire digneris, te rogamus.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

Hoc dicto Sacerdos dicat: Pater noſter. & Credo in Deum &c. omnia clara voce: quibus finitis dicat:

℣. Apud te Domine eſt fons vitæ.
℟. Et in lumine tuo videbimus lumen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, adeſto magnæ pietatis tuæ myſteriis, adeſto

ſto Sacramentis, & ad recreandos novos populos, quos tibi fons baptiſmatis parturit ſpiritum adoptionis emitte: ut quod noſtræ humilitatis gerendum eſt miniſterio, virtutis tuæ impleatur effectu. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

EXORCISMUS AQUÆ.

Exorcizo te creatura aquæ, per Deum vivum ✠ per Deum verum ✠ per Deum ſanctum ✠ per Deum, qui te in principio verbo ſeparavit ab arida, cujus ſuper te ſpiritus ferebatur, qui te de paradiſo manare juſſit

Hic manu aquam dividat, & deinde de ea effundat extra marginem fontis verſus quatuor orbis partes.

Et in quatuor fluminibus totam terram rigare præcepit, qui te in deſerto amaram

per

per lignum dulcem fecit atque potabilem, qui te de petra produxit, ut populum, quem ex Ægypto liberaverat, ſiti fatigatum recrearet. Exorcizo te per Deum Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum, Dominum noſtrum, qui te in Cana Galilæa ſigno admirabili ſua potentia convertit in vinum, qui ſuper te pedibus ambulavit, & a Joanne in Jordane in te baptizatus eſt, qui te una cum ſanguine de latere ſuo produxit, & diſcipulis ſuis juſſit, ut credentes baptizarent in te dicens: ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti; ut efficiaris aqua ſancta, aqua benedicta, aqua, quæ lavat ſordes, & mundat peccata. Tibi igitur præcipio omnis ſpiritus immunde, omne phantaſma, omne mendacium, eradicare, & effugare ab hac creatura aquæ, ut qui ipſa baptizandi erunt, fias eis fons aquæ ſalientis in vitam æternam; regene-

rans

rans eos Deo Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, in nomine ejusdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem.

℟. Amen.

Oremus.

Domine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus, aquarum ſpiritualium Sanctificator te ſuppliciter deprecamur, ut ad hoc miniſterium humilitatis noſtræ reſpicere digneris, & ſuper has aquas abluendis & purificandis hominibus præparatas, Angelum ſanctitatis emittas, quo peccatis vitæ prioris ablutis, reatuque deterſo, purum ſancto Spiritui habitaculum regenerati effici mereantur. Per Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Tunc

Tunc sufflet ter in aquam versus tres partes secundum hanc figuram ✠ deinde imponit incensum in thuribulo, & fontem incensat. Postea infundens de oleo catechumenorum in aquam in modum crucis clara voce dicit:

Sanctificetur, & fœcundetur fons iste oleo salutis renascentibus ex eo in vitam æternam, in nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

Deinde infundat de chrismate modo, quo supra, dicens:

Infusio chrismatis Domini Jesu Christi, & Spiritus Sancti paraclyti, fiat in nomine sanctæ Trinitatis. ℟. Amen.

Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti & chrismatis, & de utroque simul in modum crucis infundendo dicit:

Commixtio chrismatis sanctificationis & olei unctionis, & aquæ baptismatis pariter

riter

riter fiat in nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

Tunc deposita ampulla, dextera manu oleum sanctum & chrisma infusum miscet cum aqua, & spargit per totum fontem. Deinde medulla panis manum tergit, & si quis baptizandus est, eum baptizat, ut supra. Quod si neminem baptizat, statim manus abluat, & ablutio effundatur in sacrarium.

ORDO
INTRODUCENDI MULIEREM IN ECCLESIAM POST PARTUM.

Si qua puerpera post partum juxta piam ac laudabilem consvetudinem ad Ecclesiam venire voluerit, pro incolumitate sua Deo gratias actura, petieritque a Sacerdote benedictionem, ipse super-

 pelli-

pelliceo, & ſtola alba indutus, cum miniſtro aſpergillum deferente, ad fores Eccleſiæ accedat, ubi illam genu flectentem, & candelam accenſam in manu tenentem, aqua benedicta aſpergat, deinde dicat:

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Antiph. Hæc accipiet.

Pſalmus XXIII.

Domini eſt terra, & plenitudo ejus; * orbis terrarum, & univerſi, qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria ſfundavit eum: * & ſuper flumina præparavit eum.

Quis aſcendet in montem Domini? * aut quis ſtabit in loco ſancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde: * qui non accepit in vano animam ſuam, nec juravit in dolo proximo ſuo.

Hic

Hic accipiet benedictionem a Domino: * & misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri, & Filio, * & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, * & in sæcula sæculorum. Amen.

Antiph. Hæc accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem ſtolæ, eam introducit in Eccleſiam, dicens: Ingredere.

Et ipſa ingreſſa genu flectit coram altari, & orat, gratias agens Deo de beneficiis ſibi collatis: & Sacerdos dicit, Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvam fac ancillam tuam Domine.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟: Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

fol. 148. Ingredere.

lege : Ingredere in templum Dei, adora Filium B. Mariæ Virginis, qui tibi fecunditatem tribuit prolis.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per beatæ Mariæ Virginis partum fidelium parientium dolores in gaudium vertisti: respice propitius super hanc famulam tuam ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione lætam accedentem, & præsta; ut post hanc vitam, ejusdem beatæ Mariæ meritis & intercessione ad æterna beatitudinis gaudia cum prole sua pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Deinde illam aspergit iterum aqua benedicta in modum crucis, dicens. Pax & benedictio Dei omnipotentis Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ Sancti, descendat super te, & maneat semper. Amen.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS, QUOD A PAROCHIS POPULO PROPONENDUM.

Collatio Sacramenti Confirmationis jure divino ad Episcopum pertinet, idcirco ratio illud conferendi peti debet ex pontificali. Parochi autem officium est eos, quorum curam habet, admonere, ut post baptismum, cum ad annos discretionis venerint, ad hoc Sacramentum festinent; ante septennium tamen quis ad confirmationis Sacramentum vix admittatur.

Gratiam hujus Sacramenti commendet, nec non ceremonias externas juxta formulam traditam in catechismo Concilii Tridentini Parochus explicet, moneatque, ut jejuni, & a peccatorum sordibus per confessionem expiati ad hoc Sacramentum & nonnisi semel accedant.

Pa-

Patrinus eligatur tantum unus, qui sit confirmatus, & alius a patrino baptismi.

Cognatio ex Sacramento Confirmationis contracta confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenentem non egreditur.

Moneant pariter Parochi patrinos, ut instruant consignatos bonis moribus, ut fugiant mala, & faciant bona: doceant eos orationem Dominicam: Salutationem Angelicam: Symbolum fidei, nec non reliqua fidei rudimenta.

DE
SACRAMENTO PŒNITENTIÆ.

Sanctum Pœnitentiæ Sacramentum, ad eos qui post baptismum lapsi sunt, in gratiam Dei restituendos a Christo Domino institutum, eo diligentius administrandum est, quo frequentior est ejus usus, &

quo

quo plura requiruntur ad illud recte digneque tractandum ac suscipiendum. Cum autem ad illud constituendum tria concurrant, materia, forma, & minister; illius quidem remota materia sunt peccata, proxima vero sunt actus pœnitentis, nempe contritio, confessio, & satisfactio. Forma autem, illa absolutionis verba: Ego te absolvo &c. *Minister est denique Sacerdos, habens potestatem absolvendi vel ordinariam vel delegatam. Sed si periculum mortis immineat, approbatusque desit Confessarius, quilibet Sacerdos potest a quibuscumque censuris & peccatis absolvere. In ejus ministro requiritur etiam bonitas, scientia, & prudentia, cum sigillo secretæ confessionis, sub exacto perpetuoque silentio. Quibus & aliis ad id opportunis, ut optime sint instructi, omni studio curare debent Confessarii.*

In primis meminerit Confessarius, se judicis pariter & medici personam sustinere,

ac

ac divinæ justitiæ simul & misericordiæ ministrum a Deo constitutum esse, ut tamquam arbiter inter Deum & homines, honori divino & animarum saluti consulat.

Ut ergo recte judicare queat, discernens inter lepram, & lepram & tamquam peritus medicus animarum morbos prudenter curare, & apta cuique remedia applicare sciat, quantum potest maximam ad id scientiam atque prudentiam, tum assiduis ad Deum precibus, tum ex probatis Auctoribus, præsertim e Catechismo Romano, & prudenti consilio peritorum, studeat sibi comparare.

Sciat casus & censuras Sedi Apostolicæ & Ordinario suo reservatas, & suæ cujusque Ecclesiæ constitutiones, easque diligenter observet.

Denique hujus Sacramenti doctrinam omnem recte nosse studebit, & alia ad ejus rectam administrationem necessaria. Atque in hoc ministerio ita procedat, ut infra præscribitur.

ORDO
MINISTRANDI SACRAMENTUM POENITENTIAE.

Sacerdos ad audiendam confeſſionem vocatus, promptum facilemque ſe præbeat: ac priuſquam ad audiendum accedat, ſi tempus ſuppetat ad hoc miniſterium recte ſancteque obeundum, divinum auxilium piis precibus implorabit.

In Eccleſia, non autem in privatis ædibus confeſſiones audiat, niſi ex cauſa rationabili, quæ cum inciderit, ſtudeat tamen id decenti ac patenti loco præſtare.

Habeat in Eccleſia ſedem confeſſionalem, in qua ſacras confeſſiones excipiat: quæ ſedes patenti, conſpicuo, & apto Eccleſiæ loco poſita crate perforata inter pœnitentem & Sacerdotem ſit inſtructa.

Su-

Superpelliceo & stola violacei coloris utatur, prout tempus vel locorum feret consuetudo.

Pœnitens, si opus fuerit, admoneatur, ut qua decet humilitate mentis & habitus accedat, & flexis genibus signo crucis se muniat.

Mox Confessarius inquirat de illius statu (nisi aliter notus fuerit) & quampridem sit confessus, & an impositam pœnitentiam adimpleverit, num rite atque integre alias confessus fuerit, num conscientiam suam, ut debet, prius diligenter discusserit.

Quod si pœnitens aliqua censura vel casu reservato sit ligatus, a quo ipse non possit absolvere, non absolvat, nisi prius obtenta facultate a Superiore.

Si vero Confessarius, pro personarum qualitate, cognoverit pœnitentem ignorare Christianæ fidei rudimenta; si tempus suppetat, eum breviter instruat de articulis

Fidei, & aliis ad salutem cognitu necessariis, & ignorantiam ejus corripiat, illumque admoneat, ut ea postmodum diligentius addiscat.

Tum pœnitens confessionem generalem latina vel vulgari lingua dicat; scilicet: Confiteor &c. *vel saltem utatur his verbis:* Confiteor Deo omnipotenti, & tibi Pater.

Peccata sua exinde confiteatur, adjuvante, quotiescumque opus fuerit, Sacerdote, qui confitentem non reprehendet, nisi finita, ut dicetur, confessione; neque interpellabit, nisi opus fuerit aliquid melius intelligere: proinde fiduciam ei præbeat, & humaniter suggerat, ut omnia peccata sua rite & integre confiteatur, remota stulta illa quorumdam verecundia, qua præpediti, suadente diabolo, peccata confiteri non audent.

Si pœnitens numerum, & species, & circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget. Sed

Sed caveat, ne curiosis aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, præsertim juniores utriusque sexus, vel alios, de eo quod ignorant, imprudenter interrogans, ne scandalum patiantur, indeque peccare discant.

Demum, audita confessione, perpendens peccatorum, quæ ille admisit, magnitudinem ac multitudinem pro eorum gravitate ac pœnitentis conditione, opportunas correptiones, ac admonitiones, prout opus esse viderit, paterna charitate adhibebit, & ad dolorem & contritionem efficacibus verbis adducere conabitur, atque ad vitam emendandam ac melius instituendam inducet, remediaque peccatorum tradet.

Postremo salutarem & convenientem satisfactionem, quantum spiritus & prudentia suggesserit, injungat, habita ratione status, conditionis, sexus, & ætatis, & item dispositionis pœnitentium. Videatque,

ne

ne pro peccatis gravibus levissimas pœnitentias imponat, ne si forte peccatis conniveat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id vero ante oculos habeat, ut satisfactio non sit tantum ad novæ vitæ remedium, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum castigationem.

Quare curet, quantum fieri potest, ut contrarias peccatis pœnitentias injungat: veluti avaris eleemosynas, libidinosis jejunia vel alias carnis afflictiones, superbis humilitatis officia, desidiosis devotionis studia. Rarius autem vel serius confitentibus, vel in peccata facile recidentibus, utilissimum fuerit consulere, ut sæpe, puta semel in mense, vel certis diebus solemnibus confiteantur, & si expediat, communicent.

Pœnitentias pecuniarias sibi ipsis Confessarii non applicent, neque a Pœnitentibus quidquam tamquam ministerii sui præmium petant vel accipiant.

Pro

Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifeſtam pœnitentiam non imponant.

Videat autem diligenter Sacerdos, *quando, & quibus conferenda, vel neganda, vel differenda ſit abſolutio, ne abſolvat eos, qui talis beneficii ſunt incapaces, 'quales ſunt, qui nulla dant ſigna doloris, qui odia & inimicitias deponere, aut aliena, ſi poſſunt, reſtituere, aut proximam peccandi occaſionem deſerere, aut alio modo peccata derelinquere, & vitam in melius emendare nolunt; aut qui publicum ſcandalum dederunt, niſi publice ſatisfaciant, & ſcandalum tollant: neque etiam eos abſolvat, quorum peccata ſunt Superioribus reſervata.*

Si vero quis confiteatur in periculo mortis conſtitutus, abſolvendus eſt ab omnibus peccatis & cenſuris, quantumvis reſervatis; (ceſſat enim tunc omnis reſervatio;) ſed prius, ſi poteſt, cui debet, ſatisfaciat: ac ſi periculum evaſerit, & aliqua ratione

Su-

Superiori, a quo alias esset absolvendus, se sistere teneatur; cum primum poterit, coram eo se sistat, quidquid debet præstiturus.

Quod si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox & loquela ægro deficiat; nutibus & signis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata pœnitentis cognoscere; quibus utcumque vel in genere vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.

Meminerit porro Sacerdos, ægris non esse injungendam gravem aut laboriosam pœnitentiam; sed indicendam tantum illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliqua oratione, aut levi satisfactione imposita, & acceptata, absolvantur, prout opus fuerit.

AB-

ABSOLUTIONIS FORMA.

Sacerdos, antequam confeſſionem pœnitentis excipit, dicit: Dominus ſit in corde tuo & in labiis tuis, ut digne confitearis omnia peccata tua, in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti. Finita confeſſione, cum pœnitentem abſolvere voluerit, injuncta ei prius, & ab eo acceptata ſalutari pœnitentia, primo dicit:

Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen.

Deinde dextera verſus pœnitentem elevata, dicit:

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & miſericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat: & ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & tu indiges.

Deinde: Ego te absolvo a peccatis tuis, in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Si pœnitens sit laicus, omittitur verbum suspensionis.

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

In confessionibus autem frequentioribus & brevioribus omitti potest; Misereatur, &c. & satis erit dicere: Dominus noster Jesus Christus, &c. ut supra usque ad illud: Passio Domini nostri &c.

Ur-

Urgente vero aliqua gravi neceſſitate in periculo mortis, breviter dicere poterit:

Ego te abſolvo ab omnibus cenſuris & peccatis, in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

DE

ABSOLUTIONE

AB EXCOMMUNICATIONE IN FORO EXTERIORI.

Si poteſtas abſolvendi ab excommunicationis ſententia Sacerdoti commiſſa fuerit a Superiore, & in mandato certa forma ſit præſcripta, illa omnino ſervanda eſt: ſi vero in mandato ſeu commiſſione dicitur : In forma Eccleſiæ conſueta abſolvat; *hæc ſervanda ſunt.*

Primo, ut excommunicatus ei, ob cujus offenſam in excommunicationem incurrit, prius, ſi poteſt, ſatisfaciat. Quod ſi tunc non poſſit, ſufficientem cautionem præbeat, ut ſaltem, ſi eam præſtare non poteſt, juret ſe, cum primum poterit, ſatisfacturum.

Secundo ſi crimen, ob quod in excommunicationem incidit, ſit grave, juramentum ab eo exigatur de parendo mandatis Eccleſiæ, quæ illi fient pro tali cauſa: ac præcipue, ne deinceps delinquat contra illum Canonem, vel decretum, contra quod faciendo, cenſuram incurrit.

Denique hunc abſolvendi ritum obſervabit.

Pœnitentem coram ſe utroque genu flexo, in humero (ſi vir fuerit) uſque ad camiſiam excluſive denudato, virga aut funiculis ſedens leviter percutit, dicendo

totum Pſalmum Miſerere mei Deus, &c. cum Gloria Patri, &c.

Deinde ſurgit, & aperto capite dicit:

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Salvum fac ſervum tuum (vel ancillam tuam) Domine.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Nihil proficiat inimicus in eo, (vel in ea.)

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus.

Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram, ut hunc famulum tuum, quem excommunicationis ſententia conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Mox ſedet, & cooperto capite dicit:

Dominus noſter Jeſus Chriſtus te abſolvat: & ego auctoritate ipſius, & ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ (vel Reverendiſſimi Epiſcopi N. vel talis Superioris) mihi commiſſa abſolvo te a vinculo excommunicationis, in quam incurriſti (vel incurriſſe declaratus es) propter tale factum, vel cauſam &c. & reſtituo te communioni & unitati fidelium, & ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti.

Quod

Quod ſi Sacerdoti nulla ſit præſcripta forma, nec ſibi mandatum, ut in forma Eccleſiæ communi vel conſueta abſolvat; tunc nihilominus pro rei gravitate prædictam cæremoniam & preces adhibeat; at vero ſi res non fuerit adeo gravis, abſolvere poterit, dicens:

Dominus noſter Jeſus Chriſtus te abſolvat: & ego auctoritate ipſius, ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ (ſi a Papa fuerit delegatus) (vel Reverendiſſimi Epiſcopi N. vel talis Superioris) mihi conceſſa, abſolvo te, &c. ut ſupra.

In foro autem interiori, Confeſſarius habens facultatem abſolvendi excommunicatum, abſolvat juxta formam communem ſupra præſcriptam in abſolutione Sacramentali.

Ritus abſolvendi excommunicatum jam mortuum, vide Rituale Romanum.

FOR-

FORMA ABSOLUTIONIS
AB EXCOMMUNICATIONE MAJORI IN FORO CONSCIENTIÆ.

Dominus noster Jesus Christus, per suam piissimam misericordiam, dignetur te absolvere, & ego authoritate N. exprimitur Superior facultatem concedens, mihi concessa, absolvo te inprimis a vinculo excommunicationis majoris, in quam incidisti propter hanc vel illam causam, exprimitur delictum N. & restituo te sanctis Sacramentis Ecclesiæ, communioni, & unitati Fidelium. Deinde eadem authoritate absolvo te ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Absolutio ab interdicto.

Ego absolvo te a vinculo interdicti propter N. hic exprimendum est delictum,

pro-

propter quod interdictum incurrit. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Absolutio a suspensione Ordinis.

Ego te absolvo a vinculo suspensionis, quod incurristi propter N. exprimatur delictum, & restituo te executioni ordinum, in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Absolutio a suspensione Jurisdictionis, seu officii.

Ego absolvo te a vinculo suspensionis, Jurisdictionis, quod incurristi propter N. exprimatur delictum, & restituo te executioni officiorum tuorum: in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Absolutio a suspensione Ordinis simul, & Jurisdictionis.

Ego absolvo te a vinculo suspensionis Ordinis, & Jurisdictionis, quod incurri-

sti propter N. vel N. & restituo te executioni Ordinum, & Officiorum tuorum: in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Absolutio ab Irregularitate.

Ego authoritate Sanctissimi Domini nostri Papæ (vel authoritate Privilegii tibi concessi, & mihi exhibiti) dispenso tecum super irregularitate (vel irregularitatibus) quam (vel quas) contraxisti propter N. vel N. & habilito te executioni sacrorum Ordinum, in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Absolutio ab Hæresi formali.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, & ego authoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, quam per hæresim incurristi, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium, deinde: Ego te absolvo &c.

fol. 170.

Casus ex consuetudine Celsissimo Archi-Episcopo Viennensi reservati.

1. Homicidium voluntarium.
2. Sodomia perfecta.
3. Separatio thori propria authoritate facta.

Eine allgemeine Bekänntniß des wahren katholischen Glaubens.

Im Namen der allerheiligsten Dreyfaltigkeit, des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes. Ich N. bekenne, und glaube von Grund meines Herzens sammentlich, und sonderlich alles, so in dem heiligen Glauben begriffen ist, den die heilige Römische Kirche auf diese Weise gebraucht.

Ich glaube in einen Gott Vater, allmächtigen Schöpfer des Himmels, und der Erde, aller sichtbaren und unsichtbaren Dinge, und in einen Herrn Jesum Christum den eingebohrnen Sohn Gottes, aus

dem Vater von Ewigkeit gebohren, Gott von Gott, Licht von Licht, einen wahren Gott vom wahren Gott, gebohren, und nicht erschaffen, gleicher Substanz und Wesens mit dem Vater, durch ihn sind alle Dinge erschaffen. Der um uns Menschen, und unsers Heils willen von dem Himmel gestiegen ist, und hat durch den heiligen Geist aus Maria der Jungfrau Fleisch an sich genommen, und ist Mensch geworden. Er ist auch für uns unter Pontio Pilato gekreuziget worden, hat gelitten, ist gestorben, und begraben worden, und am dritten Tag laut der heiligen Schrift, wiederum auferstanden. Er ist gen Himmel aufgefahren, sitzet zur Rechten Gottes des allmächtigen Vaters, und wird wiederum kommen mit Glori, und Herrlichkeit zu richten die Lebendigen und die Todten; dessen Reichs kein Ende seyn wird. Ich glaube auch in den heiligen und lebendigmachenden Geist, der vom Vater, und dem

Sohn

Sohn ausgehet, der sammt dem Vater, und dem Sohn zugleich angebethet, und verehret wird, der geredet hat durch die Propheten. Ich glaube auch in eine einige heilige, katholische, und Apostolische Kirche. Ich bekenne eine Taufe zur Vergebung der Sünden, und erwarte die Auferstehung der Todten, und ein Leben der zukünftigen Zeit, Amen.

Ich glaube auch festiglich, und nehme an der heiligen Apostel, und der katholischen Kirche Lehre, Ordnung, und Satzungen. Die heilige Schrift verstehe, und lasse ich zu in dem Verstand, den die heilige Kirche unsere Mutter bisher gehalten hat, und noch hält, der dazugehöret, von dem rechten Verstand, und der Auslegung der heiligen Schrift zu urtheilen, und zu richten; ich will auch gemeldte Schrift allezeit nach der einhelligen Ausle-

legung der heiligen Väter verstehen, und annehmen.

Ich glaube, und bekenne auch, daß wahrhaftig, und eigentlich sieben Sakramente des neuen Gesetzes, oder Testaments von Christo Jesu unserm Herrn eingesetzet, und dem menschlichen Geschlecht sehr nützlich (wiewohl nicht alle einem jeden Menschen zur Seligkeit nothwendig sind) als die Taufe, Firmung, das Sakrament des Altars, Busse, letzte Oelung, Priesterweihe, und die Ehe: und daß diese Sakramente dem Menschen Gnade mittheilen, aus welchen die Taufe, Firmung, und Priesterweihe, ohne grosser Gottslästerung nicht mögen zum andernmal wiederholet werden.

Ich nehme auch auf und an alle bewehrte, und gewöhnliche Gebräuche, und Ceremonien der katholischen Kirche, die sie

in

in hochermeldter Sakramente öffentlicher Reichung, und Vollbringung gebraucht.

Desgleichen glaube ich alles sammentlich, und sonderlich, was von der Erbsünde, und Rechtfertigung des Sünders, im allgemeinen Kirchenrathe zu Trient zu glauben erklärt, und beschlossen worden ist.

Item: Ich glaube, daß in der heiligen Messe, Gott dem Herrn ein wahres, eigentliches Versöhnopfer für die Lebendigen, und die Todten aufgeopfert werde, und daß im hochwürdigen Sakrament des Altars wahrhaftig, leiblich und wesentlich der Leib und das Blut, mit Seele und Gottheit unsers Herrn Jesu Christi sey: und daß die ganze Substanz des Brods in den Leib, und die ganze Substanz des Weins in das Blut Christi verwandelt werde, welche Verwandlung die katholische Kirche Transsubstantiation nennet, das ist: die Verwandlung einer Substanz in die andere.

Ich glaube auch, daß unter einer Gestalt allein, der ganze unzertheilte Christus, und das wahre Sakrament seines Fronleichnams fruchtbarlich genossen, und seliglich empfangen werde.

Ich glaube festiglich, daß ein Fegfeuer sey, und daß den christglaubigen Seelen, so allda abzubüssen verhaftet sind, durch Fürbitte, Allmosen, und andere gottselige Werke der Gläubigen geholfen werde.

Item, daß man die lieben Heiligen, welche mit Christo regieren, als Freunde Gottes, und unsere seligen Mitglieder, ehren, und anruffen soll, und daß sie auch Gott für uns bitten; darzu auch, daß ihre heilige Leiber, und Reliquien, als gewesene Werkzeuge des heiligen Geistes, so wieder am jüngsten Tage zur ewigen Glori erstehen werden, in Ehren zu haben seyn.

Ich glaube auch beständiglich, daß unsers Herrn Jesu Christi, und seiner Mutter Mariä, auch anderer lieben Heiligen Bilder, und Gemählde, welche uns der Wohlthaten Gottes, und aller guten Exempel erinnern, zu haben, zu behalten seyn, und daß man ihnen gebührende Ehre, und Reverenz erzeigen solle.

Item, ich glaube für gewiß, daß Christus unser lieber Herr in der Kirche den Gewalt des Ablasses gelassen habe, und daß dessen Gebrauch auch dem christlichen Volke hochnützlich und heilsam sey.

Ich erkenne auch die heilige katholische, Apostolische Römische Kirche für eine Mutter, und Meisterinn aller anderen Kirchen.

Verheiße auch, und gelobe wahrhaftigen Gehorsam dem Römischen Bischoffe, als der da ist des heiligen Petri des Apostel-

Z fürsten

fürsten Nachfolger, und unsers Herrn Jesu Christi auf Erden Statthalter.

Desgleichen glaube ich auch, und nehme ungezweifelt an alles, so von den heiligen Kanonen, und allgemeinen Kirchenversammlungen, und insonderheit von der jüngstgehaltenen heiligen Kirchenversammlung zu Trient, zu glauben vorgetragen, gebothen, beschlossen, und erklärt ist; hergegen verwerfe, verfluche, und verdamme ich alle Ketzereyen, Irrthümer, und Glaubensspaltungen, die von gemeldter Kirche bisher verworfen, verflucht, und verdammet sind.

Diesen wahren katholischen Glauben, außer welchem keiner die Seligkeit zu gewarten hat, den ich allhier freywillig bekenne, und wahrhaftig glaube, denselben mit Gottes Beystand will ich ganz unverletzt, bis in mein Grab festiglich, und beständiglich halten, und bekennen.

Ich

Ich will auch, so viel mir möglich seyn wird, allen Fleiß anwenden, damit dieser Glaube von meinen Unterthanen, oder von denen, welche meiner Sorge befohlen sind, gehalten, gelehrt, und geprediget werde. Das verheiße, gelobe, und schwöre ich N. darzu helfe mir die allerheiligste und unbegreifliche Dreyfaltigkeit, und alle Heilige, und Auserwählte Gottes, Amen.

DE SANCTISSIMO EUCHARISTIÆ SACRAMENTO.

Omnibus quidem Ecclesiæ Catholicæ Sacramentis religiose sancteque tractandis, magna ac diligens cura adhibenda est; sed præcipue in administrando ac suscipiendo sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, quo nihil dignius, nihil sanctius & admirabilius habet Ecclesia Dei, cum in eo contineatur præcipuum & maximum Dei donum, & ipsemet omnis gratiæ & sanctitatis fons auctorque Christus Dominus.

Pa-

Parochus igitur summum studium in eo ponat, ut cum ipse venerabile hoc Sacramentum qua decet reverentia debitoque cultu tractet, custodiat, & administret: tum etiam populus sibi commissus, religiose colat, sancte frequenterque suscipiat, præsertim in majoribus anni solennitatibus. Ideo populum sæpius admonebit, qua præparatione, & quanta animi religione, pietate, & humili etiam corporis habitu ad tam divinum Sacramentum accedere debet: moneantur præterea omnes communicantes, ut præmissa Sacramentali Confessione jejuni accedant ad Eucharistiam, ita ut nihil omnino comederint, aut biberint a dimidia nocte (excipiuntur tamen infirmi, de quorum periculo dubitatur, ne sine Communione discedant) & ut sumpto Sacramento non statim ab Ecclesia discedant, aut colloquantur, ne statim vagis oculis circumspiciant,

aut

aut expuant. Sed qua par est devotione aliquantisper in oratione permaneant, gratias agentes Deo de tam singulari beneficio, atque etiam de sanctissima passione Dominica, in cujus memoriam hoc mysterium celebratur & sumitur.

Nemini licet, quem mortalis peccati conscientia stimulat, quantumvis sibi contritus videatur, sacram Eucharistiam accipere, antequam se purgaverit Sacramentali Confessione, nisi in periculo mortis, ubi æger confiteri non potest, vel non adest copia Confessarii.

Pueris Eucharistia conceditur, si in ea ætate, & discretione sint, ut discernere possint corpus Domini. Quam rem nemo melius cognoscere poterit, quam Pater, seu Sacerdos, cui illi pueri confitentur peccata. Proinde iis, qui propter æta-

tis imbecillitatem nondum hujus Sacramenti cognitionem & gustum habent, administrari non debet.

Amentibus, qui tunc a pietatis sensu alieni sunt, hoc Sacramentum dare minime oportet: quamvis, si antequam in insaniam inciderint, præsetulerunt piam & religiosam animi voluntatem: licebit eis in fine vitæ (ex Concilii Carthaginensis decreto) Eucharistiam administrare: modo periculum vomitionis vel alterius indignitatis, aut incommodi nullum timendum sit.

Damnatis ad mortem, debet dari Eucharistia, sed id fiat ante diem supplicii.

Sacerdos, cum ipse ab alio est sumpturus sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, superpelliceo & stola albi coloris circumdabit collum, & utrumque humerum. *Eu-*

Eucharistiam in Sacrario pro infirmorum Communione conservari necesse est, & coram præfato Sacrario saltem una lampas, die noctuque perpetuo colluceat; ne vero nimia vetustate species corrumpantur, Parochi debent subinde Eucharistiam renovare, veteres hostias, vel particulas sumendo & recentes in earum locum reponendo: & id communiter singulis mensibus, vel sæpius pro humiditate loci.

Claves autem venerabilis Sacramenti, nulli Laico unquam, ac nec ipsi æditūo credantur: unde nec in sacristia relinquendæ sunt. Sed illarum solus Rector vel Parochus, vel alius Sacerdos de ipsius licentia curam habeat, nec unquam permittat ab ullo, qui non sit saltem Subdiaconus, claudi & aperiri dictum tabernaculum, quod semper stratum esse debet corporali mundo, sine quo nunquam & nusquam ve-

venerabile Sacramentum, vel vasculum illud continens deponi, vel collocari debet. Fideles omnes ad Sacram Communionem admittendi sunt, exceptis iis, qui justa ratione prohibentur. Arcendi autem sunt publice indigni, quales sunt excommunicati, interdicti, manifesteque infames, magi, blasphemi, & alii ejus generis publici peccatores: qui propter indispositionem, tum animi, tum corporis, a Sacra Communione arcendi sunt: nisi de eorum pœnitentia, & emendatione constet, & publico scandalo prius satisfecerint.

Occultos vero peccatores, si occulte petant, & non eos emendatos agnoverit, repellat; non autem si publice petant, & sine scandalo ipsos repellere non possit.

ORDO
MINISTRANDI SACRAM COMMUNIONEM.

Sacerdos igitur Sanctiſſimam Euchariſtiam miniſtraturus, indutus ſuperpelliceo & ſtola cum Miniſtro ad altare accedit, & accenſis cereis: facta prius, & poſtea genuflexione extrahit ciborium, & illud ſupra corporale depoſitum diſcooperit. Miniſter genibus flexis dato ſigno cum campanula nomine populi ad cornu Epiſtolæ facit confeſſionem generalem, dicens: Confiteor Deo, &c. tum Sacerdos iterum genu flectit, & manibus junctis ante pectus vertit ſe ad populum (advertens, ne ter-

terga vertat Sacramento) & in cornu Evangelii dicit :

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris perducat vos ad vitam æternam.

℟. Amen.

Indulgentiam, absolutionem ✠ & remissionem peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens & misericors Dominus.

℟. Amen.

Dicens : Indulgentiam, &c. manu dextera in formam crucis signat communicandos.

Deinde ad altare se convertit, genuflectit, manu sinistra pyxidem prehendit, & duobus digitis, pollice & indice, Sacramentum accipit, & elevat, conversusque ad populum in medio altari di-

dicit clara voce: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

O Herr! ich bin nicht würdig, daß du eingeheſt unter mein Dach, ſondern ſprich nur ein Wort, ſo wird mein Seel geſund.
Et hæc verba ter dicat.

Poſthæc tradat illis caute, & modeſte Sacram Euchariſtiam, dicens ad unumquemque:

Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.

Antequam reponat Sacramentum, diligenter advertat, ut ſi aliquod fragmentum digitis adhæſerit, illud in pyxidem deponat, & eosdem digitos, quibus tetigit Sacramentum, abluat, & abſtergat purificatorio, ablutionem vero iis, qui tunc communicarunt, ſumendam tradat,

dat, aut ſaltem in Sacrarium injiciat, poſtea genu flectens benedictionem det populo cum venerabili Sacramento nihil dicens:

Si contingeret Euchariſtiam miniſtrari expoſito venerabili Sacramento, prædicta benedictio cum Ciborio dari non debet.

Communio autem populi intra Miſſam ſtatim poſt Communionem Sacerdotis celebrantis fieri debet (niſi quandoque ex rationabili cauſa poſt Miſſam ſit facienda) cum orationes, quæ in Miſſa poſt Communionem dicuntur, non ſolum ad Sacerdotem, ſed etiam ad alios communicantes ſpectent. Itaque Sacerdos, ſumpto Sacratiſſimo Sanguine, antequam ſe purificet, ponat particulas conſecratas in pyxide, vel ſi paucæ ſint communicandi, ſuper patenam, niſi in principio poſitæ fuerint in

pyxi-

pyxide, & genuflectit, miniſtro interim faciente confeſſionem, ut ſupra. Poſtea vertens ſe ad populum, in cornu Evangelii dicit: **Miſereatur veſtri** &c. & eo quo ſupra dictum eſt modo, porrigit communicandis Euchariſtiam, incipiens a miniſtris Altaris, ſi velint communicare. Finita Communione, revertitur ad Altare, nihil dicens, & non dat eis benedictionem, quia illam dabit in fine Miſſæ. Deinde dicit ſecreto: **Quod ore ſumpſimus,** &c. ut in Miſſali, ſe purificat, & Miſſam abſolvit. Quod ſi contingat, abſoluta Miſſa, ſtatim aliquos interdum communicare, tunc Sacerdos adhuc Planeta indutus, Sacram Communionem eo modo, quo ſupra dictum eſt, miniſtrabit.

DE COMMUNIONE PASCHALI.

Curet autem Parochus, ut in Quadragesima per se vel per alios Concionatores populo opportune denuntietur Constitutio Concilii Lateranensis sub Innocentio III. quæ sic habet:

Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio Sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi forte de consilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam,

ſam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum: alioquin & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura.

Ut igitur hoc ſalutare Concilii decretum inviolabiliter ſervetur, deſcripta Parochus habeat nomina ſuorum Parochianorum; & qui dicto tempore non communicaverint, & poſt Octavam Paſchæ eos qui propriæ ſalutis immemores ſæpius admoniti non obtemperaverint, Ordinario ſuo denuntiet.

Dabit quoque operam Parochus, quoad ejus fieri poteſt, ut in ipſo die ſanctiſſimo Paſchæ communicent; quo die ipſe per ſe, niſi legitime impediatur, Parochiæ ſuæ fidelibus hoc Sacramentum miniſtrabit. Alienæ vero Parochiæ fideles ad proprium Parochum remittet, præter peregrinos & advenas, & qui certum domicilium non habent;

bent: quibus ipse sacram præbebit Communionem, si ad illam accesserint rite parati; vel ubi est ea consuetudo, eos ad Cathedralis Ecclesiæ Parochos remittet. In ceteris vero servabit ea, quæ in libro de statu animarum, ut infra, præscribuntur.

Ægrotis quoque parochialibus, etiamsi Communionem extra præscriptos Paschales dies sumpserint, in Paschalibus diebus illam deferet ac ministrabit.

DE COMMUNIONE INFIRMORUM.

Viaticum Sacratissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi summo studio ac diligentia ægrotantibus opportuno tempore procurandum est, ne forte contingat illos tanto

to bono Parochi incuria, privatos decedere. Cavendum autem imprimis eſt, ne ad indignos cum aliorum ſcandalo deferatur, quales ſunt publici uſurarii, concubinarii, notorie criminoſi, nominatim excommunicati aut denuntiati, niſi ſeſe prius ſacra confeſſione purgaverint, & publicæ offenſioni, prout de jure, ſatisfecerint.

Hortetur Parochus infirmum, ut ſacram Communionem ſummat, etiamſi graviter non ægrotet, aut mortis periculum non immineat, maxime ſi feſti alicujus celebritas id ſuadeat, neque ipſe illam petenti miniſtrare recuſabit.

Pro viatico autem miniſtrabit, cum probabile eſt, quod eam amplius ſummere non poterit. Quod ſi æger ſumpto viatico, dies aliquot vixerit, vel periculum mortis evaſerit, & communicare voluerit, ejus pio deſiderio Parochus non deerit.

Poteſt

Potest quidem viaticum brevi morituris dari non jejunis; id tamen diligenter curandum est, ne iis tribuatur a quibus ob phrenessim, sive ob assiduam tussim aliumve similem morbum aliqua indecentia cum injuria tanti Sacramenti timeri potest. Cæteris autem infirmis, qui ob devotionem in ægritudine communicant, danda est Eucharistia ante omnem cibum, & potum, non aliter ac cæteris fidelibus, quibus nec etiam per modum medicinæ ante aliquid summere licet.

Si aliquid obstiterit, quo minus possit infirmus Sacram Eucharistiam tuto accipere, ut si timeatur vomitus, vel aliquod simile inconveniens: tantum adoret Sacramentum, precise tamen ad adorandum illud ad domum infirmi non deportetur, nec ei detur osculandum: doceatque eum Sacerdos, quo pacto spiritualiter communicet; videlicet, eos spiritualiter Eucharistiam summere, qui

desiderio & voto comedunt cœlestem illum panem, incensi fide viva, quæ per dilectionem operatur. Caveat tamen Sacerdos, ne levi occasione infirmum arceat a reali Eucharistiæ sumptione.

Deferri autem debet hoc Sanctum Sacramentum ab Ecclesia ad privatas ægrotantium domos decenti habitu, superposito mundo velamine, manifeste atque honorifice, ante pectus cum omni reverentia & timore, lumine semper præcedente. Caveat Sacerdos, ne inter eundum vagos oculos huc illucque leviter conjiciat; sed graviter potius ambulet, cœlestemque illum, quem manibus gestat thesaurum, fide portet, & linguam ac mentem precando exerceat.

Parochus igitur processurus ad communicandum infirmum, aliquot campanæ ictibus jubeat convocari parochianos, seu confraternitatem Sanctissimi Sacramenti (ubi

fuerit

fuerit instituta) seu alios pios Christi fideles, qui Sacram Eucharistiam cum cereis comitentur, & umbellam seu baldachinum, ubi haberi potest, deferant. Præmoneat, ut ægri cubiculum mundetur, & in eo paretur mensa linteo mundo cooperta, in qua Sanctissimum Sacramentum decenter deponatur. Parentur luminaria, ac duo vascula alterum cum vino, alterum cum aqua; præterea linteum mundum ante pectus communicandi ponatur, atque alia ad ornatum loci, pro cujusque facultate.

Ingrediens vero locum, ubi jacet infirmus, dicat: Pax huic domui.

℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Tum depositum Sacramentum super mensa supposito corporali, genuflectens adorat, omnibus in genua procumbentibus:

Mox

Mox accepta aqua benedicta aspergit infirmum dicens: Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi nos Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo, per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

His dictis ad ægrotum accedat, &

cum

cum brevibus, ac ſuavibus verbis ad hanc divinæ viſitationis gratiam excitet, & cognoſcat, num bene ſit diſpoſitus ad ſuſcipiendum ſacrum viaticum, & utrum velit aliqua peccata confiteri; & illum audiat, atque abſolvat: quamvis prius deberet eſſe rite confeſſus, niſi neceſſitas aliter urgeat. Poſtea facta de more confeſſione generali, ſive ab infirmo, ſive ejus nomine ab alio, Sacerdos dicit:

Miſereatur tui omnipotens Deus &c.

Indulgentiam, abſolutionem &c.

Dein facta genuflexione, accipit Sacramentum de vaſculo, atque illud elevans oſtendit infirmo, dicens:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Et more ſolito ter dicat lingua vernacula.

Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum; ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea.

Et

Et infirmus ſimul cum Sacerdote dicat eadem verba, ſaltem ſemel ſubmiſſa voce: tunc Sacerdos dans infirmo Euchariſtiam, dicat:

Accipe frater (vel ſoror) viaticum Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat in vitam æternam. Amen.

Si vero Communio non datur per modum viatici, dicat more ordinario: Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam, Amen.

Deinde ſubjungat ablutis digitis, & repoſito ad menſam Sacramento:

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Domine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus, te fideliter deprecamur,

ut

ut accipienti famulo tuo (vel famulæ tuæ) ſacroſanctum corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti, Filii tui, tam corpori, quam animæ proſit ad remedium ſempiternum: qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

His expletis genuflectit, ſurgit, & accipiens vas cum Sacramento, facit cum eo ſignum crucis ſuper infirmum nihil dicens, & reverenter illud deferens ordine, quo venerat, revertitur ad Eccleſiam, ubi ante altare adorato Sacramento facit ſignum crucis ſuper populum, poſtremo illud in loco ſuo reponat.

DE

SACRAMENTO EXTREMAE UNCTIONIS.

Extremæ Unctionis Sacramentum a Christo Domino institutum, tamquam cœlestis medicina, non animæ solum, sed etiam corpori salutaris, omni studio ac diligentia periculose ægrotantibus adhibendum est; & eo quidem tempore si fieri possit, cum illis adhuc integra mens & ratio viget: ut ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem, ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro liniuntur Oleo.

In quo illud inprimis ex generali Ecclesiæ consuetudine observandum est, ut si tempus & infirmi conditio permittat, ante

Extremam Unctionem, Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta infirmis præbeantur.

Habeat igitur Parochus loco nitido & decenter ornato, in vase argenteo seu stanneo, diligenter custoditum sacrum Oleum infirmorum, quod singulis annis Feria V. in Cæna Domini ab Episcopo benedictum, veteri combusto, renovandum est. Id tamen, si forte infra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico Oleo non benedicto in minori quantitate superinfuso, reparari potest.

Oleum porro ipsum vel per se solum, vel in bombacio, seu re simili servari potest: sed ad evitandum effusionis periculum, multo commodius ad infirmos defertur in bombacio.

Debet autem hoc Sacramentum infir-

mis præberi, qui cum ad uſum rationis pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur, & iis, qui præ ſenio deficiunt, & in diem videntur morituri, etiam ſine alia infirmitate.

Infirmis autem, qui dum ſana mente & integris ſenſibus eſſent, illud petierunt, ſeu veriſimiliter petiſſent, ſeu dederint ſigna contritionis, etiamſi deinde loquelam amiſerint, vel amentes effecti ſint, vel delirent, aut non ſentiant, nihilominus præbeatur.

Sed ſi infirmus, dum phreneſi aut amentia laborat, veriſimiliter poſſet quidquam facere contra reverentiam Sacramenti, non inungatur, niſi periculum tollatur omnino.

Impœnitentibus vero, & qui in manifeſto peccato mortali moriuntur, & excommunicatis, & nondum baptizatis penitus denegetur.

Non

Non ministretur etiam prælium inituris, aut navigationem, aut peregrinationem, aut alia pericula subituris, aut reis ultimo supplicio mox afficiendis, aut pueris rationis usum non habentibus.

Si quis autem laborat in extremis, & periculum immineat, ne decedat, antequam finiantur Unctiones; cito ungatur, incipiendo ab eo loco: Per istam sanctam Unctionem, &c. *ut infra, deinde si adhuc supervivat, dicantur orationes prætermissæ, suo loco positæ.*

Si vero dum inungitur, infirmus decedat, Presbyter ultro non procedat, & prædictas orationes omittat.

Quod si dubitet an vivat adhuc, Unctionem prosequatur, sub conditione pronuntiando formam, dicens: Si vivis, & per istam sanctam Unctionem, &c. *ut infra.*

Si autem acciderit, infirmum post peccatorum suorum confessionem ad exitum vitæ properare, tunc cum sacro Viatico poterit & Oleum infirmorum ad eum deferri, per ipsum Sacerdotem, qui defert sacram Eucharistiam. Si tamen alius Presbyter, vel Diaconus, qui oleum sanctum deferat, haberi possit, per ipsum deferatur: qui superpelliceo indutus, cum Oleo sacro occulte delato sequatur Sacerdotem Viaticum portantem; & postquam infirmus Viaticum sumpserit, inungatur a Sacerdote.

In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit, ut cum infirmus convaluerit, iterum in periculum mortis incidat.

Quinque vero corporis partes præcipue ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit; nempe oculi, aures, nares, os, & manus; attamen

men pedes etiam & renes ungendi ſunt; ſed renum unctio in mulieribus, honeſtatis gratia, ſemper omittitur: atque etiam in viris, quando infirmus commode moveri non poteſt. Sed ſive in mulieribus, ſive in viris, alia corporis pars pro renibus ungi non debet.

Manus vero, quæ reliquis infirmis interius ungi debent, Preſbyteris exterius ungantur.

Dum oculos, aures, & alia corporis membra, quæ paria ſunt, Sacerdos ungit, caveat, ne alterum ipſorum inungendo, Sacramenti formam prius abſolvat, quam ambo hujusmodi paria membra perunxerit.

Si quis autem ſit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eadem verborum forma.

Hu-

Hujus autem Sacramenti forma, qua Sancta Romana Ecclesia utitur, solemnis illa precatio est, quam Sacerdos ad singulas unctiones adhibet, cum ait:

Per istam sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum, sive per auditum, &c. deliquisti.

ORDO
MINISTRANDI
SACRAMENTUM EXTREMÆ UNCTIONIS.

Sacerdos igitur hoc Sacramentum ministraturus, quatenus fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam mappa candida

dida coopertam, itemque vas, in quo sit bombacium, seu quid simile in septem globulos distinctum, ad abstergendas partes inunctas; medullam panis ad detergendos digitos; & aquam ad abluendas Sacerdotis manus; ceream item candelam, qua deinde accensa ipsi ungenti lumen præbeat. Denique operam dabit, ut quanta poterit munditia ac nitore hoc Sacramentum ministret.

Deinde ipse Parochus decenter accipit vas sacri Olei infirmorum sacculo serico violacei coloris inclusum, illudque caute defert, ne effundi possit. Quod si longius iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel alias adsit periculum effusionis, vas Olei sacculo aut bursa inclusum, ut dictum est, ad collum appendat, ut commodius & securius perferat. Procedat autem sine sonitu campanelæ.

RITUS
AC FORMA
ADMINISTRANDI AEGROTIS
SACRAMENTUM
EXTREMAE UNCTIONIS.

Cum perventum fuerit ad locum ubi jacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum dicit: Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea; deinde deposito oleo super mensam dicit:

Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Adesto Domine supplicationibus nostris, & me indignum, qui primus mi-

misericordia tua indigeo, clementer exaudi, & quem non electione meriti, sed dono gratiæ tuæ constituisti hujus operis ministrum: da fiduciam tui muneris exequendi, & ipse in nostro ministerio, quod tuæ virtutis est, operare.

Deinde in modum crucis aspergat ægrotum aqua benedicta, dicendo:

Aspergat te Deus rore gratiæ suæ, in vitam æternam.

Oremus.

Omnipotens & misericors Deus, immensam clementiam tuam humiliter imploramus, ut ad introitum humilitatis nostræ, hunc famulum (vel hanc famulam) in hoc habitaculo fessum (vel fessam) jacentem, visitatione salutifera, visitare digneris: ut sicut visitasti Domine Tobiam, & Saram, & Socrum Petri, puerumque Centurionis, ita & istum (vel istam) ut pristina sanitate animæ corporisque rece-

pta, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actionem. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Quo facto infirmum roget, si quem adhuc remorsum conscientiæ habeat, ac ejus (si opus sit) confessionem audiat. Et etiam si tunc non confiteatur infirmus, dicat tamen, aut custos ipsius nomine, Confiteor, &c. Quo dicto, subjungat Sacerdos: Misereatur tui, &c. & Indulgentiam, absolutionem, &c. Et statim absolute dicat hanc precationem.

Deus omnipotens, Salvator & Redemptor generis humani, qui Apostolis dedit ligandi atque solvendi potestatem, ipse te absolvere dignetur a cunctis iniquitatibus tuis: & quantum meæ fragilitati permittitur, auxiliante ipso, sis absolutus ante faciem illius. Qui vivit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

Tunc

Tunc Presbyter & minister (si adsint) dicant Psalmos pœnitentiales, aut, si non omnes ob brevitatem temporis legere possint, legant saltem Psalmum Miserere mei Deus, &c.

Psalmus VI.

Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usque quo?

Convertere Domine, & eripe animam meam: salvum me fac, propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per sin-

ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur, & erubeſcant valde velociter.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Pſalmus XXXI.

Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu ejus dolus.

Quo-

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci, & injustitiam meam non abscondi.

Dixi, confitebor adversum me injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis Sanctus: in tempore oportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea erue me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

No-

Nolite fieri ſicut equus & mulus: quibus non eſt intellectus.

In camo & frœno maxillas eorum conſtringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.

Lætamini in Domino, & exultate juſti: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Pſalmus XXXVII.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſanitas in carne mea a facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis, a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me. Pu-

Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ: a facie inſipientiæ meæ.

Miſer factus ſum, & curvatus ſum uſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus a te non eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

Amici mei, & proximi mei: adverſum me appropinquaverunt, & ſteterunt.

Et qui juxta me erant, de longe ſteterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te Domine ſperavi: tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi, ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt, qui oderunt me inique.

Qui

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne diſceſſeris a me.

Intende in adjutorium meum: Domine Deus ſalutis meæ.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Pſalmus L.

Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus

ſalutis meæ: & exultabit lingua mea juſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique: holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Jeruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Pſalmus CI.

Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non

Non avertas faciem tuam a me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunque die invocavero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæſit os meum carni meæ.

Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi: & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, adverſum me jurabant.

Quia cinerem tamquam panem manduca-

ducabam: & potum meum cum fletu miſcebam.

A facie iræ & indignationis tuæ: quia elevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinaverunt: & ego ſicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem.

Tu exurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt ſervis tuis lapides ejus: & terræ ejus miſerebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in orationem humilium: & non ſprevit preces eorum.

Scribantur hæc in generatione altera:

ra: & populus qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cœlo in terram aſpexit.

Ut audiret gemitus compeditorum: ut ſolveret filios interemptorum.

Ut annuntient in Sion nomen Domini: & laudem ejus in Jeruſalem.

In conveniendo populos in unum: & reges ut ſerviant Domino.

Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli.

Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Fi-

Filii ſervorum tuorum habitabunt; & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.

Gloria Patri, &c. Sicut erat &c.

Pſalmus CXXIX.

De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſervaveris Domine: Domine quis ſuſtinebit.

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo ejus: ſperavit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina uſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sicut erat &c.

Pſalmus CXLII.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam: in veritate tua: exaudi me in tua juſtitia.

Et non intres in judicium cum ſervo tuo: quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi: & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit ſpiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperavi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine, vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſervus tuus ſum.

Gloria Patri, &c. Sicut erat &c.

Antiphona.

Parce Domine Jesu Christe, parce famulo tuo (famulæ tuæ) quem (quam) redemisti pretioso sanguine tuo; ne in æternum irascaris ei.

LITANIÆ BREVES,

In quibus suo loco recensetur nomen Patroni, vel Patronorum Parochialis Ecclesiæ, & ægroti.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Sancta Maria, ora pro eo. (ea.)
Omnes sancti Angeli & Archangeli, orate pro eo. (ea.)
Sancte Abel, ora pro eo. (ea.)
Omnis chorus Justorum, ora pro.

San-

Sancte Abraham, ora pro eo. (ea.)
Sancte Joannes Baptiſta, ora pro.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, Orate pro.
Sancte Petre, ora pro.
Sancte Paule, ora pro.
Sancte Andrea, ora pro.
Sancte Joannes, ora pro.
Omnes ſancti Apoſtoli & Evangeliſtæ, Orate pro.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane Protomartyr, ora pro.
Sancte Laurenti, ora pro.
Omnes ſancti Martyres, orate pro.
Sancte Sylveſter, ora pro.
Sancte Auguſtine, ora pro.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores, Orate pro.
Sancte Benedicte, ora pro.
Sancte Franciſce, ora pro.

Omnes

Omnes ſancti Monachi & Eremitæ,
Orate pro eo. (ea.)
Sancta Maria Magdalena, ora pro.
Sancta Lucia, ora pro.
Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ, orate.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, orate pro.
Propitius eſto, parce ei Domine.
Propitius eſto, libera eum (eam) Domine.
Propitius eſto, libera eum (eam) Domine.
A peccatis ejus, libera eum (eam) Domine.
A variis languoribus, libera.
Ab inſidiis diaboli, libera.
A cruciatu & morte perpetua, libera.
Ab ira tua, libera eum (eam) Domine.
Ab omni immunditia mentis & corporis,
libera eum (eam) Domine.
Ab infeſtationibus dæmonum, libera.
Per adventum tuum, libera.
Per incarnationem & nativitatem tuam,
libera.
Per jejunium tuum, libera.

Per

Per tentationem tuam, libera eum (eam) Domine.

Per paſſionem & crucem tuam, libera.

Per glorioſam reſurrectionem tuam, libera.

Per admirabilem aſcenſionem tuam, libera.

Per adventum Spiritus Sancti Paracliti, libera.

In hora mortis & die judicii, libera.

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Ut præſentem infirmum (infirmam) viſitare & conſolari digneris, te rogamus.

Ut pacem tuam ei dones, te rogamus.

Ut fontem lachrymarum ei dones, te rogamus.

Ut cogitationes pravas ab eo (ea) auferre digneris, te rogamus.

Ut remiſſionem omnium peccatorum ei dones, te rogamus.

Ut ſpatium pœnitentiæ ei dones, te rog.

Ut ſanitatem animæ & corporis ei dones, te rogamus.

Ut

Ut gratiam & conſolationem Sancti Spiritus, cordi ipſius infundere digneris, te rogamus.

Ut in præſenti periculo ſuccurrere ei digneris, te rogamus.

Ut ad gaudia ſempiterna eum (eam) perducere digneris, te rogamus.

Ut nos exaudire digneris, te rogamus.

Fili Dei, te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis & iſti Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis & iſti Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Dona nobis & iſti pacem.

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon. Pater noſter.

Moneat Sacerdos circumſtantes, ut pro infirmo orent, ut ad ſalutem animæ ſuæ ſuſcipiat hoc Sacramentum extremæ

Un-

Unctionis. Et facta oratione procedat, dicens:

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Salvum fac ſervum tuum (ancillam tuam) Domine.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Convertere Domine uſquequo.

℟. Et deprecabilis eſto ſuper ſervum tuum (ancillam tuam.)

℣. Dominus conſervet eum (eam) & vivificet eum (eam) & beatum (beatam) faciat eum (eam) in terra.

℟. Et non tradat eum (eam) in animam inimicorum ejus.

℣. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ejus.

℟. Univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus.

℣. Dominus cuſtodiat eum (eam) ab omni malo.

℟. Cuſtodiat animam ejus Dominus.
℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.
℟. Et de Sion tuere eum. (eam.)
℣. Nihil proficiat inimicus in eo. (ea.)
℟. Et filius iniquitatis non apponat, ut noceat ei.
℣. Eſto illi Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Domine averte faciem tuam a peccatis ejus.
℟. Et omnes iniquitates ejus dele.
℣. Cor mundum crea in eo (ea) Deus.
℟. Et ſpiritum rectum innova in viſceribus ejus.
℣. Adjuva eum (eam) Deus ſalutaris noſter.
℟. Propter gloriam nominis tui Domine libera eum (eam) & propitius eſto peccatis ejus propter nomen tuum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus, qui per Apoſtolum tuum locutus es: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, ut orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum: & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei: Cura, quæſumus, Redemptor noſter, gratia Spiritus Sancti languores hujus infirmi (infirmæ) & ſua ſana vulnera, ejusque dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis & corporis ab eo (ea) expelle, plenamque ei interius, exteriusque ſanitatem miſericorditer redde, ut ope miſericordiæ reſtitutus (reſtituta) ad priſtina reparetur officia. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto, vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

Respice Domine famulum tuum (famulam tuam) in infirmitate ſui corporis laborantem, & animam refove, quam creaſti, ut caſtigationibus emendatus, (emendata,) continuo ſe ſentiat tua medicina eſſe ſanatum, (ſanatam,) Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

Oremus.

Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate cuſtodis, ad invocationem tui nominis benignus aſſiſte, ut famulum tuum (ancillam tuam) N. ab ægritudine liberatum (liberatam) & ſanitati donatum (donatam) dextera tua erigas, virtute confirmes, poteſtate tuearis, atque Eccleſiæ tuæ, ſanctiſque altaribus

tuis,

tuis, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum &c.

His dictis, Sacerdos peragat unctiones, & pollicem vel virgulam intingat in oleum sacrum, habeatque linum vel stuppam paratam, ad detergendum sacrum oleum membris inunctis, & dicat:

In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ sancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, & per invocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum, Amen.

Deinde intincto pollice in oleo sancto in modum crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formæ in hunc modum.

Ad oculos.

Per istam sanctam unctionem ✠ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti, Amen.

Minister vero, si est in Sacris, vel ipsemet Sacerdos, post quamlibet Unctionem tergat loca inuncta novo globulo bombacii, vel rei similis, eaque in vase mundo reponat, & ad Ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in Sacrarium.

Ad aures.

Per istam sanctam unctionem ✠ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per auditum deliquisti, Amen.

Ad nares.

Per iſtam ſanctam Unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per odoratum deliquiſti, Amen.

Ad os, compreſſis labiis.

Per iſtam ſanctam Unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per guſtum & locutionem deliquiſti, Amen.

Ad manus.

Per iſtam ſanctam Unctionem ✠ & ſuam piſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per tactum deliquiſti, Amen.

Et adverte, quod Sacerdotibus, ut dictum eſt, manus non inunguntur interius, ſed exterius.

Ad pedes.

Per iſtam ſanctam Unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per greſſum deliquiſti, Amen.

Ad lumbos, ſive renes.

Per iſtam ſanctam Unctionem ✠ & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per lumborum delectationem deliquiſti, Amen.

Hæc autem unctio ad lumbos, ut dictum eſt, omittitur ſemper in fæminis, & etiam in viris, qui ob infirmitatem vix, aut ſine periculo moveri non poſſunt.

Deinde ablutis manibus ſuis, & ſtuppa accenſa vel in ignem projecta, dicat Sacerdos ſtans ante infirmum.

Un-

Unxi te oleo ſanctificato, invocato nomine ipſius, qui olim Sacerdotes, Reges, Prophetas, olei inunctione conſecrari voluit, obſecrans immenſam clementiam ejus, ut det tibi ſecundum divitias gloriæ ſuæ, virtute corroborari per ſpiritum ejus in interiori homine: ut oleo exultationis ejus miſericorditer perfuſus, (perfuſa,) morbi moleſtiam æquo animo feras, & in charitate radicatus & fundatus, (radicata & fundata,) cum omnibus Sanctis comprehendas ſupereminentem ſcientiæ charitatem Jeſu Chriſti Domini noſtri: qui vivit & regnat Deus in ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Hic Sacerdos manum ſuper caput infirmi ponens, dicat:

Virtutum cœleſtium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem & infirmitatem tua poteſtate depellis, adeſto propitius famulo tuo (famulæ tuæ) ut

fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, per nomen ſanctum tuum inſtauratam protinus percipiat ſanitatem: qui vivis & regnas Deus, per omnia &c.

Adhibeat deinde infirmo imaginem Crucifixi, ut in eam oculos conjiciat, cum ſalubri confidentia in Paſſionis merita: Et dicat deinde Sacerdos:

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum ſubire voluiſti, ut inimici a nobis expelleres poteſtatem; concede huic famulo tuo, (famulæ tuæ) ut & patientiæ ipſius habere documenta, & reſurrectionis conſortia mereatur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Ore-

Oremus.

Deus, humani generis benigniſſime conditor, & miſericordiſſime reformator, qui hominem invidia diaboli ab æterna felicitate dejectum, unici Filii tui pretioſo ſanguine redemiſti, vivifica hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) & jacenti porrige manum ſalutarem, ne Eccleſia tua aliqua ſui corporis portione vaſtetur, ne grex tuus detrimentum ſuſtineat, ne de familiæ tuæ damno inimicus exultet: reple eum (eam) omni gaudio cordis & lætitia ſpirituali, expelle ab eo (ea) omnes hoſtiles inſidias, & mitte ei medicum ſalutis, Angelum pacis, qui eum (eam) in anguſtiis poſitum (poſitam) conſolationibus tuis attollat, quibus in præſenti conſequatur auxilium & æterna remedia comprehendat. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Sequuntur Benedictiones infirmi, quæ manu fiant.

Benedicat ✠ tibi Dominus, & custodiat te. ℟. Amen.

Ostendat Dominus ✠ faciem suam tibi, & misereatur tui. ℟. Amen.

Convertat Dominus ✠ vultum suum ad te, & det tibi pacem. ℟. Amen.

Benedictio ✠ Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, descendat super te, & maneat semper.

DE VISITATIONE ET CURA INFIRMORUM.

Parochus in primis meminisse debet, non postremas esse muneris sui partes, ægrotan-

tantium curam habere. Quare cum primum noverit, quempiam ex fidelibus curæ suæ commissis ægrotare, non expectabit ut ad eum vocetur, sed ultro ad illum accedat; idque non semel tantum, sed sæpius, quatenus opus fuerit: horteturque parochiales suos, ut ipsum admoneant; cum aliquem in Parochia sua ægrotare contigerit, præcipue si morbus gravior fuerit.

Ad hoc juvabit, præsertim in amplis Parochiis, ægrotorum notam, seu catalogum habere, ut cujusque statum & conditionem cognoscat, eorumque memoriam facilius retinere, & illis opportune subvenire possit.

Quod si Parochus legitime impeditus, infirmorum, ut quando plures sunt, visitationi interdum vacare non potest; id præstandum curabit per alios Sacerdotes, si quos habet in Parochia sua, aut saltem per laicos homines pios, & Christiana charitate præditos. *Ægro-*

Ægrotos visitans, ea, qua Sacerdotes Domini decet, honestate & gravitate se habeat, ut non ægris solum, sed sibi & domesticis verbo & exemplo prosit ad salutem.

Eorum vero præcipuam curam geret, qui humanis auxiliis destituti, benigni ac providi Pastoris charitatem & operam requirunt. Quibus si non potest ipse succurrere de suo, & eleemosynas illis, prout debet, si facultas suppetit, erogare, quantum fieri potest, sive per charitatis, vel alterius nominis Confraternitatem, si in ea civitate vel loco fuerit, sive per privatas, sive per publicas collectas & eleemosynas, illorum necessitatibus succurrendum curabit.

In primis autem spiritualem ægrotantium curam suscipiat, omnemque diligentiam in eo ponat, ut in via salutis eos dirigat, atque a diabolicis insidiis salutarium adjumentorum præsidio defendat ac tueatur.

Ac-

Accedat autem ad ægrotum ita paratus, ut in promptu habeat argumenta ad persuadendum apta; ac præsertim Sanctorum exempla, quæ plurimum valent; quibus eum in Domino consoletur, excitet, ac recreet. Horteturque, ut omnem spem suam in Deo ponat, peccatorum suorum pœniteat, divinam misericordiam imploret, & infirmitatis pœnas, tamquam paternam Dei visitationem, patienter ferat, & ad salutem suam provenisse credat, ut vitam moresque suos melius instituat.

Deinde qua par est prudentia & charitate, hominem ad sacram confessionem inducat, & confitentem audiat, etiamsi velit totius vitæ peccata confiteri; ac si opus fuerit, tam infirmo, quam ejus familiaribus vel propinquis in memoriam revocet, quod Lateranensis Concilii, ac plurium summorum Pontificum decretis cavetur sub gravi-

bus

bus pœnis, ne medici ultra tertiam vicem ægrotos visitent, nisi prius ipsis certo constet, illos confessionis Sacramento rite expiatos fuisse.

Illud præterea diligenter servari curabit, ne quis pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, vel adhibeat, quod in detrimentum animæ convertatur.

Ubi vero periculum immineat, Parochus monebit ægrotum, ne dæmonum astutia, neque Medicorum pollicitationibus, neque propinquorum vel amicorum blanditiis se ullo modo decipi sinat, quo minus ea, quæ ad animæ salutem pertinent, opportune procuret, & qua par est devotione & celeritate, sancta Sacramenta, dum sana mens est, integrique sensus, religiose suscipiat, citra fallacem illam ac perniciosam procrastinationem, quæ plurimos ad æterna supplicia perduxit, in diesque fallente diabolo perducit.

Quid

Quod si æger aliquis hortationibus ac monitis Sacerdotum, vel amicorum & domesticorum consiliis adduci non potest, ut velit peccata sua confiteri, tunc non omnino desperanda res est; sed quamdiu ille vivit; repetendæ sunt frequentes, variæ, & efficaces Sacerdotum & aliorum piorum hominum exhortationes; proponendaque æternæ salutis damna, & sempiternæ mortis supplicia; ostendendaque immensa Dei misericordia, eum ad pœnitentiam provocantis, ad ignoscendum paratissimi. Adhibendæ sunt etiam tum privatæ, tum publicæ ad Deum preces, ad divinam gratiam impetrandam pro salute miseri decumbentis.

Videbit denique Sacerdos, quibus potissimum tentationibus aut pravis opinionibus æger sit subjectus, eique, prout opus fuerit, apta remedia prudenter adhibebit.

Sacras imagines Christi Domini Crucifixi, beatæ Mariæ Virginis, & Sancti, quem æger præcipue veneratur, ob oculos ejus apponi curabit. Vasculum item adsit aquæ benedictæ, qua frequenter aspergatur.

Proponet etiam ægrotanti, prout ejus conditio feret, aliquas breves orationes & pias mentis ad Deum excitationes; præsertim versiculos e Psalmorum libro, vel orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, vel Passionis Domini nostri meditationem, & Sanctorum martyria & exempla, ac cœlestis gloriæ beatitudinem. Hæc tamen opportune & discrete suggerantur, ne ægroto molestia, sed levamen afferatur.

Consoletur infirmum, dicens, se pro eo in Missæ sacrificio, & aliis precibus oraturum, curaturumque ut alii idem pro eo faciant, idque re ipsa præstavit.

Si morbus gravior, vel cum periculo fuerit, ægroto ſuadeat, ut dum integra mente eſt, rem ſuam omnem recte conſtituat, & teſtamentum faciat; ſi quid habeat alienum, reſtituat, & ad remedium animæ ſuæ pro facultatibus, quod in Domino ei placuerit, diſponat: ſed hæc ſuggerendo, omnis avaritiæ nota caveatur.

Hortetur denique, ut ſi convaluerit, ante omnia ad Eccleſiam veniat, ubi Deo gratias agat de reſtituta valetudine, & ſacram Communionem ſuſcipiat, ac deinceps meliorem vitæ diſciplinam teneat.

MODUS
JUVANDI MORIENTES.

Ingraveſcente morbo Parochus infirmum frequentius viſitabit, & ad ſalutem di-

 ligen-

ligenter juvare non desinet: monebitque instante periculo se confestim vocari, ut in tempore præsto sit morienti, sumptoque sanctissimo Viatico, & sacra Unctione adhibita, si periculum immineat, statim commendationis animæ officium præstabit, de quo infra. Sed si tempus suppetat, sequentia pietatis officia præstare poterit, si ita expedire judicaverit, pro conditioue personæ.

Ac primo, si ægrotus indulgentiam legitima auctoritate concessam consequi possit, eam illi reducat ad mentem, proponatque quid ad eam consequendam agi debeat; præsertim, ut contrito corde sanctissimum nomen Jesu semel vel sæpius invocet.

Ut firmiter credat omnes articulos fidei, & quidquid sancta Romana Ecclesia Catholica & Apostolica credit & docet.

Ut

Ut ſperet, Chriſtum Dominum pro ſua immenſa clementia ſibi fore propitium, & merito ejus ſanctiſſimæ Paſſionis, & per interceſſionem beatæ Mariæ & omnium Sanctorum ſe vitam æternam conſecuturum.

Ut toto corde diligat & maxime diligere cupiat Dominum Deum ea dilectione, qua illum diligunt Beati Sanctique omnes.

Ut ob amorem Dei doleat ex corde de omni offenſa, qualitercumque contra Dominum Deum & proximum commiſſa.

Ut ex corde ob amorem Dei parcat omnibus, qui ſibi quoquo modo fuerint moleſti, aut inimici.

Ut ab iis veniam poſtulet, quos aliquando dictis aut factis offendit.

Ut quem patitur dolorem, & morbi moleſtiam, propter Deum in pœnitentiam peccatorum ſuorum patienter toleret. Ut

Ut ſi Dominus ſibi ſalutem corporis præſiare dignabitur, proponat de cetero pro viribus ſuis a peccatis cavere, & ejus mandata ſervare.

Hortetur præterea, ut eo modo quo poteſt ſaltem ex corde ita per intervalla precetur.

Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam.

In te Domine ſperavi, non confundar in æternum.

In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, redemiſti me Domine Deus veritatis.

Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina.

Eſto mihi Domine in Deum protectorem.

Deus

Deus propitius eſto mihi peccatori.

Dulciſſime Domine Jeſu Chriſte, per virtutem ſanctiſſimæ Paſſionis tuæ recipe me in numerum electorum tuorum.

Domine Jeſu Chriſte, ſuſcipe ſpiritum meum.

Maria Mater gratiæ, Mater miſericordiæ, tu me ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

Sancte Angele Dei, mihi cuſtos aſſiſte.

Omnes ſancti Angeli, & omnes Sancti intercedite pro me, & mihi ſuccurrite.

Hæc & his ſimilia poterit prudens Sacerdos vulgari vel latino ſermone, pro perſonæ captu, morienti ſuggerere. Caveat autem, ne illum intempeſtivo clamore perturbet.

BE-

BENEDICTIO APOSTOLICA

IN ARTICULO MORTIS A SACERDOTIBUS AD ID DELEGATIS IMPERTIENDA.

Cum ex Bulla Benedicti XIV. incipiente: Pia Mater: *data nonis Aprilis 1747. facultas impertiendi Benedictionem indulgentia plenaria fultam olim ſolis Epiſcopis petentibus ad triennium conceſſa, extendatur Sacerdotibus etiam ab Epiſcopis delegatis diu noctuque tali facultate utentibus, ex Præſcripto ejusdem Summi Pontificis aſſignatam formulam talis Benedictionis pro manibus habendam hic inſeruimus.*

Benedictio in articulo mortis cum ſoleat impertiri poſt Sacramentum Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & extremæ Unctionis

nis illis infirmis, qui vel illam petierint, dum ſana mente & integris ſenſibus erant, ſeu veriſimiliter petiiſſent, vel dederint ſigna contritionis; impertienda iisdem eſt, etiam ſi poſtea linguæ, ceterorumque ſenſuum uſu ſint deſtituti, aut in delirium, vel amentiam inciderint. Excommunicatis vero, impœnitentibus, & qui in manifeſto peccato mortali moriuntur, eſt omnino deneganda.

Habens prædictam facultatem, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: *Pax huic domui*, *&c.* ac deinde ægrotum, cubiculum, & circumſtantes aſpergat aqua benedicta, dicendo Antiphonam: *Aſperges*, *&c.*

Quod ſi ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, & abſolvat. Si Confeſſionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus Bene-

dictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat, atque hortetur, ut morbi incommoda ac dolores in anteactæ vitæ expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum quidquid ei placuerit, & mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem pœnarum, quas peccando promeruit. Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens, fore, ut ex divinæ munificentiæ largitate eam pœnarum remissionem, & vitam sit consecuturus æternam.

Postea dicat: ℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Antiphona. Ne reminiscaris Domine delicta famuli tui (vel ancillæ tuæ,) neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Salvum fac ſervum tuum, (vel ancillam tuam; & ſic deinceps.)

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Clementiſſime Deus, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui neminem vis perire in te credentem, atque ſperantem, ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice propitius famulum tuum N. (vel ancillam tuam N.) quem (vel quam) tibi vera fides, & ſpes chriſtiana commendant. Vi-

ſita eum (vel eam) in ſalutari tuo, & per unigeniti tui paſſionem & mortem, omnium ei delictorum ſuorum remiſſionem, & veniam clementer indulge; ut ejus anima in hora exitus ſui te judicem propitiatum inveniat, & in ſanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

Tum dicto ab uno ex Clericis adſtantibus Confiteor, &c.

Sacerdos dicat Miſereatur, &c. Deinde:

Dominus noſter Jeſus Chriſtus Filius Dei vivi, qui beato Petro Apoſtolo ſuo dedit poteſtatem ligandi, atque ſolvendi, per ſuam piiſſimam miſericordiam recipiat confeſſionem tuam, & reſtituat tibi ſtolam primam, quam in baptiſmate rece-

recepisti; & ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, Indulgentiam plenariam & remissionem omnium peccatorum tibi concedo.

In nomine Patris, &c.

Per sacrosancta humanæ reparationis mysteria, remittat tibi omnipotens Deus omnes præsentis & futuræ vitæ pœnas, paradisi portas aperiat, & ad gaudia sempiterna perducat, Amen.

Benedicat te omnipotens Deus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim Sacerdos benedictionem impertiatur.

CU-

CURA
PRO DEFUNCTIS GERENDA.
DE EXEQUIIS.

Sacras Cæremonias ac Ritus, quibus ex antiquissima traditione & summorum Pontificum institutis sancta Mater Ecclesia catholica in filiorum suorum exequiis uti solet, tanquam vera religionis mysteria, christianæque pietatis signa, & fidelium mortuorum saluberrima suffragia, Parochi summo studio servare debent, atque usu retinere.

His itaque præstandis, qua par est modestia ac devotione ita se habebunt, ut ad defunctorum salutem, simulque ad vivorum pietatem, quemadmodum vere sunt, non ad quæstum, ejusmodi ritus sancte instituti esse videantur. *Nul-*

Nullum corpus ſepeliatur, niſi poſt præſcriptum temporis intervallum, ut nullus omnino de morte relinquatur dubitandi locus.

Quod antiquiſſimi eſt inſtituti, illud quantum fieri poterit, retineatur.

Caveant proinde Parochi, aliique Sacerdotes, ne ſepulturæ vel exequiarum ſeu anniverſarii mortuorum officii cauſa quidquam paciſcantur, aut tanquam pretium exigant: ſed iis eleemoſynis contenti ſint, quæ aut probata conſuetudine dari ſolent, aut Ordinarius conſtituerit.

Pauperes vero, quibus mortuis nihil aut ita parum ſupereſt, ut propriis impenſis humari non poſſint, gratis omnino ſepeliantur.

Ubi viget antiqua conſuetudo ſepeliendi mortuos in cœmeteriis, retineatur, & ubi fieri poteſt, reſtituatur: at vero cui locus ſepulturæ dabitur in Eccleſia, humi tantum de-

detur. Cadavera autem prope altaria non ſepeliantur.

Sepulchra Sacerdotum & Clericorum cujuscumque Ordinis, ubi fieri poteſt, a ſepulchris laicorum ſeparata ſint, ac decentiori loco ſita; atque ita, ubi commodum fuerit, ut alia pro Sacerdotibus, alia pro inferioris Ordinis Eccleſiæ miniſtris parata ſint.

Sacerdos, aut cujusvis Ordinis Clericus defunctus veſtibus ſuis quotidianis communibus uſque ad talarem veſtem incluſive, tum deſuper ſacro veſtitu Sacerdotali vel Clericali, quem Ordinis ſui ratio depoſcit, indui debet. Sacerdos quidem ſuper talarem veſtem, amictu, alba, cingulo, manipulo, ſtola, & caſula ſeu planeta violacea ſit indutus.

Diaconus vero induatur amictu, alba, cingulo, manipulo, ſtola ſuper humerum ſiniſtrum, quæ ſub axilla dextra annectatur, & dalmatica violacea. Sub-

Subdiaconus autem amictu, alba, cingulo, manipulo, & tunicella.

Alii præterea inferiorum Ordinum Clerici, superpelliceo supra vestem talarem ornari debent; singuli prædicti cum tonsura ac birretis suis.

Nullum porro cadaver perpetuæ sepulturæ traditum ex ulla cujusvis Ordinis Ecclesia asportari liceat, nisi de licentia Ordinarii.

Laici cadaver, quolibet generis aut dignitatis titulo præditus ille fuerit, Clerici ne deferant, sed Laici.

Ceterum nemo christianus in communione fidelium defunctus, extra Ecclesiam aut cœmeterium rite benedictum sepeliri debet: sed si necessitas cogat ex aliquo eventu aliquando ad tempus aliter fieri, curetur, ut quatenus fieri poterit, corpus in locum sa-

crum quam primum transferatur, & interim semper crux capiti illius apponi debet, ad significandum illum in Christo quievisse.

QUIBUS NON LICET DARE ECCLESIASTICAM SEPULTURAM.

Ignorare non debet Parochus, qui ab Ecclesiastica sepultura ipso jure sunt excludendi; ne quemquam ad illam contra sacrorum Canonum decreta unquam admittat.

Negatur igitur Ecclesiastica sepultura Paganis, Judæis, & omnibus infidelibus, Hæreticis, & eorum fautoribus; Apostatis a Christiana fide, Schismaticis, & publicis excommunicatis majori excommunicatione, interdictis nominatim, & iis, qui sunt in loco interdicto, eo durante. Se

Se ipsos occidentibus ob desperationem, vel iracundiam (non tamen si ex insania id accidat) nisi ante mortem dederint signa pœnitentiæ.

Morientibus in duello, etiamsi ante obitum dederint pœnitentiæ signa.

Manifestis & publicis peccatoribus, qui sine pœnitentia perierunt.

Iis, de quibus publice constat, quod semel in anno non susceperint Sacramenta confessionis & communionis in Pascha, & absque ullo signo contritionis obierunt.

Infantibus mortuis absque Baptismo.

Parochus in omnibus præfatis casibus semper prius recurrat ad Ordinarium.

Volumus insuper & jubemus, ut declarationes & decisiones circa funeralia juxta Decretum ab Eminentissimo Cardinali de Kol-

 lonitz

lonitz Archi-Episcopo Viennensi piissimæ memoriæ sapientissime emanatum die prima Septembris Anno millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, quemadmodum hactenus ipso usu invaluerunt, ita & in futurum ab omnibus & singulis ad quos spectant inviolabiliter, & inconcusse observentur.

Primo: Quod si quidam aut quædam ex accidenti v. g. sanioris aeris, sumendæ medicinæ, vel curationis aut recreationis causa ad aliam se transferat Parochiam, & inibi ante lapsum unius mensis vita defungatur, hoc in casu defunctus vel defuncta propriæ priori Parochiæ (ad quam nempe vivens pertinuit) extradatur, & in ea sepeliatur; interim tamen dicta extraditio defuncti corporis ad sepeliendum de aliquo extra septa urbis dissito loco ad civitatem vel suburbium nullatenus est extendenda, sed defunctus vel defuncta in Parochia, ubi extra

septa

septa urbis moritur (nisi vivus de loco sepulturæ disposuisset) sepeliatur; quemadmodum etiam

Secundo: Illi, qui ultra mensem in aliena Parochia quacunque demum ex causa constanter degunt, & inibi e vivis decedunt, in hac aliena Parochia, ubi decedunt, tumulandi sunt. Qui vero

Tertio: Ratione duplicis Domicilii duabus Parochiis subjecti sunt, uti v. g. illi, qui in- & extra civitatem in vicis & pagis domos possident, hi ad Parochiam, in qua mortem obeunt, ita pertineant, & ibi humentur, ut si etiam defunctus ipse, aut post obitum ejus hæredes sepulturam in altera Parochia fieri exposcant, id quidem concedi possit, attamen primæ Parochiæ Jura Stolæ non subtrahantur, sed in ambabus Parochiis prætacta Jura solvantur.

Quar-

Quarto: Si quis vel quædam in aliena Ecclesia, Monasterio vel Parochia, ubicunque demum accidat, subitanea morte aut alio casu fortuito occumbat, hic defunctus vel hæc defuncta proprio suo Parocho, quod si autem Peregrinus vel Peregrina foret, Parocho loci, ubi Monasterium vel Ecclesia sita est, ad sepeliendum extradatur.

Quinto: Tum viri, tum fœminæ, qui vel quæ per aliquod tempus in Monasterio vel Cœnobio quocunque in victu aut sustentatione exstiterunt, aut quacunque de causa in aliquo Monasterio vel Cœnobio longiori temporis intervallo commorati vel commoratæ fuerunt, post mortem Parocho loci, in quo Monasterium vel Cœnobium situm est, ad sepeliendum extradantur. Idcirco etiam

Sexto: In Monasteriis morientes personæ extraneæ, & puellæ convictrices, quæ suam propriam Parochiam hic Viennæ habent, suis Parochis propriis, qui vel quæ

vero

vero ex exteris Diœcesibus & alienis Parochiis ad Monasteria hic Viennæ existentia pervenerunt, post illorum aut illarum obitum Parocho, sub cujus Parochia Monasterium situm est, ad sepeliendum extradantur, aut saltem præmentionatis Parochis Jura Stolæ præstentur; quo in casu tamen, si Parocho persolutis Juribus Stolæ talium personarum corpora in Ecclesiis Monasteriorum sepelirentur, Parochi in Ecclesiis subjectis inhumationem faciant, exclusis Monialium Confessariis, qui solum corpus extra clausuram Monialium ad Ecclesiam Parocho ibi exspectanti ad inhumandum deferrent.

Septimo: Quoad vagorum, peregrinorum, & aliorum ignotorum hominum demortuorum funerationes, ut antehac, ita & imposterum permittimus, ut hi in illis locis, & Parochiis, ubi decedunt, sepeliri queant.

Octavo: Omnes & singuli, qui curam Funeris alicujus demortui Decani, Parochi,

Vi-

Vicarii, Cooperatoris, aut alterius Presbyteri Ecclesiastici cujuscunque conditionis in se suscipiunt, aut suscipere rogantur, aut coguntur, immodicos sumptus pro ejuscemodi Funere, præsertim si defunctus exiguas facultates aut plane æs alienum expungendum relinquat, minime impendant, sed studeant impensas Funeris, quoad fieri potest, exiguas facere. Præterea ordinamus, ut Ruri dedemortuo aliquo Parocho, Vicario, Cooperatore, aut alio Sacerdote Ecclesiastico Decanus Ruralis, aut eo absente aut impedito, sicut & Decano ipso mortuo senior in Decanatu Parochus, nisi alia dispositio defuncti (quam observari volumus) adsit, Funus ducat, & inhumationem peragat, hocque in actu a nemine impediatur.

OF-

OFFICIUM
SEPULTURÆ ADULTI, SIVE CLERICI, SIVE LAICI.

Cum corpus defuncti fuerit sepeliendum, Sacerdos superpelliceo & stola nigri coloris indutus, procedit ab Ecclesia, præcedente cruce & clero, ordinate ad locum ubi jacet corpus, & in domo defuncti, seu ante fores dicat:

Oremus pro fideli defuncto (vel defuncta.)

Deinde legitur Psalmus 129.

De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſervaveris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo ejus: ſperavit anima mea in Domino,

A cuſtodia matutina uſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam, &c.

Collecta.

Suſcipe Domine animam famuli tui (vel famulæ tuæ) quam de ergaſtulo hujus ſæculi vocare dignatus es, & libera eum (vel eam) de principibus tenebrarum & locis pœnarum, ut abſolutus (vel abſoluta) omnium vinculo peccatorum, quietis

ac lucis æternæ beatitudine fruatur, & inter Sanctos & Electos tuos in reſurrectionis gloria reſuſcitari mereatur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Deinde aſpergatur funus aqua benedicta dicendo:

Rore cœleſti perfundat animam tuam Deus Pater ✠ & Filius ✠ & Spiritus ✠ ſanctus. ℟. Amen.

Poſtea thurificetur, dicendo:

Odore cœleſti paſcat animam tuam Deus Pater ✠ & Filius ✠ & Spiritus ✠ ſanctus. ℟. Amen.

His dictis, per perſonas, pro cujusque loci more ad hoc aſſumptas, effertur funus ſolennibus orationibus deponendum, ſubſequentibus vicinis & amicis ad hoc

opus misericordiæ convocatis, atque inter ducendum Ecclesiæ ministri prætermissis ad rem non pertinentibus colloquiis, cantant devote Psalmum Miserere.

Deposito corpore ad fores Ecclesiæ, vel cemeterii dicat rursum Sacerdos.

Oremus pro fideli defuncto (vel defuncta.)

Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei.

Deinde recitatur Psalmus 50.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Ti-

Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci, ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſopo & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur. Li-

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea juſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique, holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri tui Jeruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Requiem æternam, &c.

Animam de corpore quam hodie aſſumpſiſti Domine, fac eam gaudere cum Sanctis tuis in gloria.

Ky-

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.

Reliquis genuflexis Sacerdos ſtans, dicat:

Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace.
℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Pro Epiſcopo, vel Sacerdote defuncto.

ORATIO.

Deus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes famulum tuum N. Epiſcopali (vel Sa-

cer-

cerdotali) feciſti dignitate vigere, præſta quæſumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur conſortio. Per Dominum noſtrum.

Pro uno Defuncto.

ORATIO.

Inclina Domine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſuppliciter deprecamur, ut animam famuli tui N. quam de hoc ſæculo migrare juſſiſti, in pacis, ac lucis regione conſtituas, & Sanctorum tuorum jubeas eſſe conſortem. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, &c.

Pro una Defuncta.

ORATIO.

Quæſumus Domine pro tua pietate, miſerere animæ famulæ tuæ N. & a contagiis mortalitatis exutam, in æternæ

ſalva-

ſalvationis partem reſtitue. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Pro fidelibus Defunctis.

ORATIO.

Fidelium Deus omnium Conditor & Redemptor animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt piis ſupplicationibus conſequantur. Per Dominum noſtrum.

Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde aſpergatur, & thurificetur ut ſupra.

His peractis corpus defuncti defertur ad locum ſepulturæ, Sacerdote interim dicente ſequentes antiphonas.

In paradisum deducant te Angeli, in tuo adventu suscipiant te Martyres, & perducant te in civitatem sanctam Hierusalem. Chorus Angelorum te suscipiat, & cum Lazaro quondam paupere æternam habeas requiem.

Cum perventum est ad sepulchrum, aspergat illud aqua benedicta, dicendo:

Sanctificetur istud sepulchrum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Corpore in sepulchrum demisso, aspergitur loculus aqua benedicta dicente Parocho:

Hodie sit in pace locus tuus, & habitatio tua in Sancta Sion. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde trina immissione terræ super loculum terræ, dicat: De

De terra plaſmaſti eum (vel eam) oſſibus & nervis compegiſti eum (vel eam) Domine reſuſcita eum (vel eam) in noviſſimo die. Per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Demum pro laudabili more moneat Parochus circumſtantes, ut genuflexi pro defuncto orent: Pater &c. Ave.

ORDO
SEPULTURÆ PARVULORUM,
QUI POST BAPTISMUM ANTE RATIONIS USUM DECESSERUNT.

In domo parvuli mortui, aut ante portas cœmeterii ubi funus poſitum eſt, dicat Sacerdos ſuperpelliceo, & ſtola alba indutus, quæ ſequuntur:

Antiphona.

Sit nomen Domini benedictum. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

Pſalmus 112.

Laudate pueri Dominum : laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum : ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

A ſolis ortu uſque ad occaſum: laudabile nomen Domini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus : & ſuper cœlos gloria ejus.

Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cœlo & in terra?

Suſcitans a terra inopem: & de ſtercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum Principibus: cum Principibus populi ſui.

Qui

Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Repetitur Antiphona.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

℣. Hic accipiet benedictionem a Domino.

℟. Et miſericordiam a Deo ſalutari ſuo.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti.

℟. Et confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli ad cœlorum regnum hodie miſericorditer vocare dignatus es: digneris etiam nobiscum miſericorditer agere, ut meritis tuæ ſanctiſſimæ paſſionis in eodem regno nos cum omnibus Sanctis & dilectis tuis ſemper facias congaudere. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.

Poſtea aſpergitur aqua benedicta, dicendo:

Rore cœleſti perfundat animam tuam Deus Pater ✠ & Filius ✠ & Spiritus ✠ Sanctus. Amen.

Dein-

Deinde thurificatur.

Odore cœlesti pascat animam tuam Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

Si hæc in domo parvuli dicta sunt; eodem modo ante fores cœmeterii repetantur.

Deinde aqua benedicta aspergitur sepulchrum, dicendo:

Sanctificetur istud sepulchrum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Projiciendo tribus vicibus etiam terram super funus parvuli in sepulchro positum, dicat Sacerdos:

Sume terra, quod tuum est, sumat Christus, quod suum est, caro de terra orta est, spiritus de sursum inspiratus est.

Mo-

Moneat deinde Parochus circumstantes, ut, cum anima hujus parvuli orationibus fidelium non indigeat, orent pro sepultis in hoc cœmeterio.

DE SEPULTURA PARVULORUM, NON BAPTIZATORUM.

Observandus est Canon. 35. *Concilii Primi Braccarensis: Catechumenis sine redemptione baptismi defunctis, non oblationis sanctæ commemoratio, nec psallendi impendatur officium. Nec tamen sunt eorum corpora insepulta projicienda more belluarum propter humanæ naturæ dignitatem, sed in loco honesto recondenda; quod fiat sine ullis precibus ac solemnitate a laico, nec quisquam ex clero, etiam vocatus, prophanæ sepulturæ intersit.*

De

DE OFFICIO FACIENDO IN EXEQUIIS ABSENTE CORPORE DEFUNCTI, ET IN DIE TERTIO, SEPTIMO, TRICESIMO, ET ANNIVERSARIO.

Si faciendæ sunt exequiæ absente corpore; eo die, quo ab Ecclesia concessum fuerit, dicatur officium mortuorum & finitis laudibus missa: post missam celebrans deponit manipulum & planetam, & accipit pluviale nigri coloris (si haberi potest) & præcedentibus subdiacono cum cruce, & clero, & duobus ceroferariis cum luminaribus accensis, & duobus acolytis, uno cum navicula incensi, & thuribulo, & altero cum vasculo aquæ benedictæ & aspersorio, & hoc

Rituali, accedit cum Diacono a sinistris ad locum tumuli, & ibi cantatur ℟. Libera me Domine &c. *interim ministratur incensum, & imponitur in thuribulum, finito cantu dicitur:*

Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. Pater noster.

Et dum secreto dicitur: Officiator accipit aspersorium, & comitante Diacono circuit tumbam, eamque ad utrumque latus aspergens, dicit:

Rore cœlesti aspergat animam tuam Deus Pater ✠ & Filius ✠ & Spiritus ✠ Sanctus, Amen.

Eodem modo circuit cum thuribulo & incensat, dicens:

Odore cœlesti pascat animam tuam Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Amen.

Po-

Postea stans post tumbam facie ad altare majus versa, dicit:

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requiescat in pace.
℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Absolve quæsumus Domine animam famuli tui (vel famulæ tuæ) ut defunctus (vel defuncta) sæculo tibi vivat, & peccata, quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace.
℟. Amen.

His dictis diſceditur.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

Totum hujus Sacramenti miniſterium ad Epiſcopos pertinet, non tamen a Parochis prorſus ignorandum, ut dum aut ordinandorum confeſſiones audiunt, aut ordinandis aſſiſtunt, aut alioqui eos inſtruere volunt, ſciant quomodo eorum ſaluti rite, & apte conſulant, & intelligant, quales ipſi Sacerdotes, tam ordinati, quam ordinandi eſſe debeant.

Or-

Ordo igitur eſt Sacramentum, quo quibusdam verbis, ac rebus ordinato traditur poteſtas conficiendi ſacram Euchariſtiam, aliaque Eccleſiaſtica munia rite obeundi, vel miniſtrandi.

Sacramentum hoc habet pro materia varia inſtrumenta, quæ pro ſingulorum ordinum ratione ordinandis ab Epiſcopo traduntur.

Forma etiam pro graduum varietate in ſingulis ordinibus diverſa eſt, ea enim ſunt verba, quæ Epiſcopus profert, cum materiam ſingulorum ordinum, & poteſtatem miniſtrandi in Eccleſia tradit. Et requiritur, ut ordinandi manu tangant materiam ſimul, dum Epiſcopus verba formalia pronuntiat.

Quod ad numerum ordinum attinet, ſunt ſeptem. Minores quatuor, qui circa minora Eccleſiæ miniſteria verſantur. Nempe

pe Oſtiariatus, Lectoratus, Exorziſtatus, & Acolytatus. Majores ſunt tres, qui etiam propter Excellentiam ſacri vocantur, quia circa ſacram Euchariſtiam, & vaſa ſacra majoribus quibusdam miniſteriis occupantur, propter quæ illis inſigniti majori ſanctitate excellere debent; qui ſunt, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus. Præcedit hos omnes prima tonſura, quæ licet ordo non ſit, tamen vigorem ordinis habet, & jus, ac privilegium Clericatus tribuit.

Presbyterorum ordo gradibus dignitatum diſtinguitur, ut ſint alii minores Sacerdotes, qui Presbyteri dicuntur, alii Majores, qui dicuntur Epiſcopi, & hi quoque dignitatis & præeminentiæ gradibus diſtinguuntur; aliqui enim Epiſcopi, alii Archi-Epiſcopi, alii Primates, alii Patriarchæ ſunt, & præter hos omnes ſancta Romana Catholica Eccleſia Summum Sacerdotem S. D. N.

Ro-

Romanum Pontificem, omnium fidelium caput, humiliter veneratur & agnoscit. Licet autem septem sint ordines, unum tamen omnes simul efficiunt Sacramentum ex fine, quo scilicet omnes ad consecrationem corporis Christi referuntur, & in Sacerdotio consummantur.

Effectus Sacramenti Ordinis est, primo gratia Dei, quae confertur digne suscipientibus, ut ordine accepto rite eo fungantur ad suam, & proximorum salutem; hinc est quod ordinandi ad singulas ordinationes merito confiteri debent, & sacram Eucharistiam sumere. Alter effectus est collatio potestatis spiritualis, character appellatus, qui ita suscipientium animae imprimitur, ut perpetuo maneat, nec per excommunicationem, degradationem, apostasiam, aut ullam infidelitatem tolli possit, licet per haec & alia impedimenta mera executio sacrorum ordinum prohibeatur.

Dili-

Diligenter caveant omnes Superiores Ecclesiarum quarumcunque, præsertim vero Parochi, ne ullos ignotos Sacerdotes, vel Clericos etiam regulares, aut cujusvis ordinis habitum deferentes, maxime Clericos juniores, ubi ordinibus susceptis redierint, sacrificium missæ offerre, aut in eo ministrare patiantur, nisi literæ Episcopi (quas formatas vocamus) vel si regulares fuerint, Superioris aut Prælati Ordinis sui, testimonium viderint, qui ordinum susceptorum indubitatam fidem præbeant.

DE MATRIMONII SACRAMENTO.

Matrimonium novæ legis Sacramentum est legitima maris & fœminæ conjunctio,

ctio, individuam vitæ consuetudinem retinens.

Materia, sunt personæ habiles ad contrahendum.

Forma mutuus consensus per verba, aut signo de præsenti expressus.

MATRIMONII CANONES.

Antequam matrimonium in facie Ecclesiæ contrahatur, ter a proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festivis, hoc est, qui ex præcepto Ecclesiæ observantur in illa Ecclesia, intra missarum solemnia, aut potius in concione antemeridiana ad ipsius Concilii præscriptum publice denuntietur, nomina contrahentium exprimendo, inter quas matrimonium sit contrahen-

dum: quibus denuntiationibus factis si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur. Si sponsus & sponsa Parochiæ sint diversæ, in utraque Parochia fiant denuntiationes; si vero infra duos menses post factas denuntiationes matrimonium non contrahatur, denuntiationes repetantur, nisi aliter Ordinario videatur.

Est autem proprius Parochus, qui adesse debet, is, in cujus Parochia matrimonium celebratur, sive viri sive fœminæ; praxis tamen nunc obtinuit, ut in Parochia sponsæ matrimonium celebretur.

Id quod bene notandum est. Alius enim Parochus vel alius Sacerdos, sive regularis, sive sæcularis, etiamsi id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, qui alterius Parochiæ sponsos, sine illorum Parochi licentia, matrimonio conjungere, aut be-

ne-

fol. 299. *Spiritualis Cognatio &c.*

lege: *Spiritualis Cognatio tantum ex Baptismo & Confirmatione oritur, ac contrahitur inter Baptisantem, Baptisatum, ac Parentes baptisati: item inter levantem, levatum, & baptisati Parentes; inter confirmantem, confirmatum, & confirmati Parentes; inter levantem, levatum, ac confirmati Parentes.*

nedicere ausus fuerit, ipso jure tamdiu suspensus manet, donec ab Ordinario Parochi, qui matrimonio interesse debeat, seu a quo benedictio suscipienda erat, absolvatur. *Concil. Trident. Sess.* 24. *cap.* 1. *de reformat. Matrim.*

Irritum est matrimonium, quod contrahitur aliter, quam præsente proprio Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, aut Ordinarii licentia, & duobus aut tribus testibus.

A Dominica prima Adventus usque in diem Epiphaniæ: & a feria quarta Cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusive, solennitates nuptiarum prohibentur; aliis temporibus permittuntur.

Spiritualis cognatio tantum contrahitur ex Baptismo inter Patrinos ac Baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem. Ea vero cognatio, quæ ex Confirmatione con-

trahitur, confirmantem, patrinum, & confirmatum, illiusque patrem & matrem non egreditur.

Nullum est impedimentum justitiæ publicæ honestatis, ubi sponsalia de futuro quacunque ratione valida non erant: ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedit: ex matrimonio vero rato, seu sponsalibus de præsenti etiam invalidis (dummodo non sint invalida ex defectu consensus) oritur hoc impedimentum, & se usque ad quartum gradum inclusive extendit.

Impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractum inducitur, ad eos tantum, qui primo, & secundo gradu conjunguntur, se extendit.

Nullum potest consistere matrimonium inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit.

Laudabilis consuetudo obtinuit, ut sponsus & sponsa saltem triduo antequam matrimonium contrahant, peccata sua confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum accedant: de his igitur peractis Parochi ab iis testimonium exigant. Ha-

Habeat Parochus librum in quo conjugum, & teſtium nomina, diemque & locum contracti matrimonii ſcribat: quem diligenter apud ſe cuſtodiat. Quod ſi Sacerdos alius Parochi loco interſuerit, tum illius nomen, cujus facultate factum eſt, ſcribatur in eodem libro.

Benedictio nuptiarum a proprio Parocho fieri debet, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, aut Ordinarii licentia, in Eccleſia Parochiali, non in Sacello domeſtico aut Oratorio privato ſine noſtra licentia in ſcriptis obtenta, & Parocho loci exhibita.

Noverit ex probatis authoribus, quæ ſint canonica impedimenta matrimonii contrahendi, & quæ contractum dirimant; & qui ſint gradus conſanguinitatis, & item cognationis ſpiritualis, ex Baptiſmi vel Confirmationis Sacramento contractæ, & alia, quæ ſequentibus verſiculis explicantur; ut ſunt Er-

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen, Cultus diſparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honeſtas, ſi ſis affinis, ſi ſorte coire nequibis.

Si Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis, raptave ſit mulier nec parti reddita tutæ; hæc ſocianda vetant connubia, facta retractant.

Error perſonæ, Conditio ſervitutis ignoratæ, Votum ſolenne caſtitatis, Cognatio naturalis, legalis, ſpiritualis, Crimen adulterii, cum machinatione mortis alterius conjugis; ſeu adulterii cum fide data de contrahendo matrimonio poſt conjugis mortem; ſeu contractus matrimonii de præſenti cum adultera, vivente altero conjuge innocente. Cultus diſparitas, ex conſuetudine Eccleſiæ, ſcilicet fidelis cum infideli. Vis, ſcilicet metus, cadens in conſtantem virum,

pag. 302. Crimen adulterii.

lege:

1mo Crimen adulterii perfecti, & consumati scienter ab utroque commissum, cum fide data & acceptata, de futuro matrimonio, vivente eodem conjuge.

2do Adulterium cum matrimonio scienter ab utroque per verba de præsenti contracto.

3tio Homicidium cum adulterio sive per se, sive per alium, inscia etiam vel non consentiente persona adulterii complice, cum intentione tamen matrimonium cum ea contrahendi patratum.

4to Homicidium etiam sine adulterio ex mutuo tamen consensu, & cum in-

intentione matrimonium contrahendi commissum.

Adulterium præcedens seclusa machinatione, & fide futuri matrimonii non est impedimentum dirimens matrimonium. Benedictus XIV. tom. I. constitut. 113 incipit. redditæ. §. 12.

rum, v. g. detrimenti gravis corporalis, nisi consentiat in matrimonium. Ordo, unus ex majoribus. Ligamen, quo quis ligatus est uxori, etiam ante consummationem matrimonii rati, post quod secundum matrimonium contractum est irritum. Honestas, id est matrimonium contractum inter sponsum & cognatos sponsæ; & inter maritum, & cognatos uxoris adhuc non cognitæ carnaliter, & vice versa. Si sis affinis ex copula maritali usque ad quartum gradum, vel ex copula fornicaria usque ad secundum gradum inclusive.

Si forte coire nequibis; scilicet ratione impotentiæ. Atque hæc sunt, quæ Matrimonium etiam contractum dirimunt. Reliqua per se sunt clara.

IMPEDIMENTA
IMPEDIENTIA
MATRIMONIUM.

Præter peccatum mortale, & excommunicationem, ſex potiſſimum reddunt matrimonium mortaliter illicitum; ſcilicet:

Eccleſiæ vetitum, nec non tempus feriatum; atque Catechiſmus, Crimen, Sponſalia, Votum; impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Dicitur primo, Vetitum, id eſt prohibitio Eccleſiæ; quæ ab Epiſcopo vel Parocho ob dubium impedimenti alicujus vel inhabilitatis inter copulandos fit.

Dicitur ſecundo tempus feriatum quod ſecundum Concil. Trident. Seſſ. 24. de Re-

Reformatione, incipit nunc ab Adventu Domini usque ad Epiphaniam inclusive; & a die cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusive; quibus tamen temporibus non prohibetur contractus aut consummatio matrimonii, sed tantum solemnitates nuptiarum, v. g. Benedictio, deductio sponsæ solemnis ad domum sponsi, convivia nuptialia &c.

Dicitur tertio, Cathechismus; quod impedimentum contrahitur ab eo, qui respondet pro infante, quando supplentur cæremoniæ post Baptismum collatum in necessitate. Sed videtur hoc impedimentum jam sublatum.

Dicitur quarto, Crimen; ut 1. incestus cum consanguinea conjugis in primo vel secundo gradu, scienter admissus (qui impedit matrimonium cum quacunque alia persona) vel cum propria matre aut

filia. 2. Raptus alienæ perſonæ. 3. Uxoricidium. 4. Presbytericidium. 5. Suſceptio propriæ prolis ex Baptiſmo ad impediendam redditionem debiti. 6. Publica pœnitentia quam diu durat. 7. Matrimonium cum Moniali', verum hæc per non uſum ſunt ſublata.

Dicitur quarto, Sponſalia; ſcilicet ſi cum una contracta, & non diſſoluta ſint.

Dicitur ſexto, Votum: ſcilicet ſimplex ſive caſtitatis ſive religionis, ſive non nubendi.

Miſſa tempore nuptiarum dici debet, ut habetur in Miſſali de nuptiis, cujus introitus eſt *Deus Iſrael conjungat vos &c.* cum cæteris adjunctis. Si vero eodem die officium fuerit duplex, & una tantum habeatur Miſſa, dicitur Miſſa de Feſto cum commemoratione nuptiarum, ad-

ditis

ditis etiam orationibus: *Propitiare &c. Deus qui potestate &c.*

Præcipimus insuper ea, quæ circa Matrimonialia in decreto a piæ memoriæ Cardinali Sigismundo de Kollonitz, Prædecessore nostro anno 1745[to] sapientissime emanato, constituta fuerunt, inviolabiliter observari.

Primo omnes Parochi, Curati, & Vicarii priusquam denuntiandos pro copulatione inscribant, diligenter inquirant, an sint catholici, ab excommunicatione liberi, ac nullius impedimenti, quod Matrimonio obstare possit, conscii, an in doctrina cathechetica, principiis fidei, aliisque tam necessitate medii, quam necessitate præcepti scitu necessariis bene instructi, præsertim homines plebejos & rudes prævie examinent, an orationem dominicam, salutationem angelicam, sym-

bolum Apoſtolorum, præcepta decalogi, & Eccleſiæ memoriter teneant? inquirant non minus in illorum libertatem ſtatus, nec non, ſi minorennes fuerint, in conſenſum parentum, vel tutorum, teſtes pro copulatione non quosvis & obvios, ſed vel ſibi bene notos & de fide probatos, aut poſſeſſionatos, qui de teſtimonio a ſe dato re ſic exigente reſpondere poſſint, admittant. Quod

Secundo: Denuntiationes attinet, ſancimus, ut ſi qui ſponſus aut ſponſa per tempus trium hebdomadarum in aliena Parochia, quamvis animo ibi permanendi, commoretur, non in nova, quam primo ſponſus aut ſponſa ſubiit, ſed in illa Parochia, e qua ultimo receſſit, tum conſueta trina denuntiatio, tum matrimonialis copulatio fiat; quod ſi tamen deſponſati ex privatis cauſis malint in noviter ingreſ-

ſa

ſa Parochia copulari, id non aliter concedendum, quam ſi teſtimonium factarum denuntiationum, & licentia a priori Parocho producatur. Sin autem

Tertio: Deſponſati ultra tempus trium hebdomadarum in aliena Parochia, & quidem animo ibi permanendi ſe detineant, debet trina denuntiatio in ambabus tam poſtremo derelicta, quam recenter ingreſſa Parochia, Copulatio Matrimonialis vero in ultima fieri; quæ duplex denuntiatio cum iſtis deſponſatis, qui intra ſepta urbis vulgo Linien habitant, & Parochias commutant, tam diu ſervetur, donec per tres integros menſes in uno loco perſeveraverint.

Quarto: Illi deſponſati, qui extra ſepta urbis Parochias commutant, uſque dum ſex menſes habitando in uno loco compleverint, in ambabus Parochiis denun-

nuntientur, attamen ſemper in ultima, in qua actualiter animo permanendi degunt, Matrimonio jungantur. Qui

Quinto: in duobus locis domicilium habent, & in uno loco ſtabiliter per hyemem, & in altero per æſtatem habitare ſolent, factis in utraque Parochia denunciationibus in Parochia ſponſæ copulentur. Si vero ſponſa duplex domicilium habet, ab eo Parocho copuletur, in cujus Parochia tunc degit. Nobiles vero perſonæ, quæ in pluribus locis dominia habent, & ad illa non animo domicilii figendi, ſed recreationis cauſa ſe conferunt, matrimonium in talibus dominiis ſine proprii Parochi licentia contrahere non poſſunt. Qui

Sexto: Ex exteris, vicinis tamen videlicet Neoſtadienſi, Paſſavienſi, Salisburgenſi, Strigonienſi, vel Jaurinenſi Diœceſibus animo permanendi ad hanc Noſtram

ſtram Archi-Epiſcopalem Diœceſim adventant, hi, niſi jam ſecundum præſcripta Sacroſancti Concilii Tridentini majorem anni partem (quam ad novem menſes determinamus) in hac Archi-Epiſcopali Diœceſi habitando compleverint, teſtimonium libertatis ab Officio illarum Diœceſium, e quibus ultimo migrarunt, aut ſaltem a Parocho derelictæ Diœceſis proprio, ſi ſcriptura & ſigillum illius Parochi propter vicinitatem ita nota ſint, ut de his dubitandum non ſit, afferant, quo allato libertatis teſtimonio hic in Noſtra Archi-Diœceſi ad denuntiationes & Copulationem Matrimonialem procedi poteſt. Illi autem, qui

Septimo: Ex non nihil remotioribus Provinciis e. g. ex Boemia, Moravia, Sileſia, Bavaria, Tyroli, aut ex diſſitis Regni Hungariæ Diœceſibus, nec non Strigonienſis & Jaurinenſis Diœceſis remotio-

motioribus diſtrictibus, in Noſtra Archi-Diœceſi animo permanendi commorantur, ſine productione teſtimonii libertatis ab Officio prioris Diœceſis haud quaquam hic denuntientur, multo minus matrimonio copulentur, donec per integrum annum conſtanter ſe in noſtra Diœceſi detinuerint, conſumato autem integro anno cum talibus omnes actus Parochiales libere exerceantur. Verum qui

Octavo: Ex longe diſſitis locis & provinciis nempe Imperio, Belgio, Gallia, Italia, Hiſpania, Polonia &c. adventantes, hic Domicilium figunt, ante elapſos duos annos, antequam hic denuntientur, & copulentur, ſemper prius de ſtatus & impedimenti Canonici libertate ab Officio ſuarum Diœceſium priorum teſtimonium exhibeant; exacto autem præfato biennali tempore qua Diœceſani & reſpective Parochiani quoad Matrimonialia reſpiciantur, & habeantur; quod No-

Nono: Vagos concernit: nullus Parochus ſub quocunque prætextu aliquem vagabundorum citra Noſtram aut Noſtri Officialis expreſſam licentiam denuntiare, minus vero copulare præſumat. Cæterum

Decimo: Perantiqua illa & communiter recepta conſuetudo, ut nimirum copulatio in Parochia Sponſæ fiat, etiamnum impoſterum obſervetur. Sicut &

Undecimo: Decretum a Noſtro Conſiſtorio Archi-Epiſcopali ſub dato die 18va Januarii, Anno 1745to emanatum firmiter obſervari volumus, quo omnibus Parochis & curam animarum exercentibus in - & extra hanc urbem Viennenſem ad evitandas varias confuſiones præcipitur, ut licentias, quas ſuis Paræcianis pro copulatione in alienæ Parochiæ Monaſticis aut Regularibus Eccleſiis facienda imper-

tiuntur, ad Parochum loci ſemper dirigant, qua viſa Parochus illius loci vel ipſemet tali copulationi aſſiſtere, vel ſaltem de hac notitiam habere, ac neceſſariam de hac copulatione peracta annotationem facere valeat.

RITUS AC FORMA SOLENNITER CELEBRANDI MATRIMONIUM.

Sacerdos celebraturus Matrimonii Sacramentum, indutus ſuperpelliceo & ſtola, in Eccleſia tantum, & non in alio aliquo loco illud aggrediatur. Poſt debitam igitur bannorum proclamationem, ſtante viro ad dexteram, muliere vero ad ſiniſtram, vultu converſo ad utrumque, explicet eis Sacerdos vim & efficaciam hujus Sacramenti;

item quanta sit hujus vinculi, quo se mutuo obstringere volunt, obligatio: ut neque propter meliorem, neque ditiorem, neque pulchriorem, aut nobiliorem, neque ob aliam quamcunque rationem vinculum hoc semel contractum dissolvi possit; erit autem hæc vel similis ut sequitur, pro opportunitate temporis & loci admonitio.

Ermahnung,

so geschehen soll, ehe zwey Personen ehelich durch den Priester zusammengegeben werden.

Die Ehe ist ein großes Sakrament, ich sage aber in Christo, und in der Kirche: *Ephes.* 5. 22. *seq.* lehret der Apostel. Sie bedeutet die wunderbare Vermählung Christi mit seiner Kirche. Ihr trettet also einen

sehr wichtigen und heiligen Stand an, als die ihr ein lebendiges Bild, und eine immerwährende Vorstellung der geheimnißvollen Vermählung Jesu Christi mit seiner Kirche auf Erde seyn müsset. Er vereiniget euch jetzt selbst, damit euch niemand mehr trennen könne, und gleichwie er euch jetzt heiliget, so wird er euch auch künftighin nicht verlassen, sondern das Wasser euerer Trübsalen in einen Wein des Vergnügens, und der Freude verwandeln. Nur gebet acht, daß ihr euch seiner Gnaden nicht unwürdig machet, und die Heiligkeit der Ehe durch einen unheiligen Lebenswandel entheiliget, und entehret. Der Mann soll das Weib lieben, wie Christus seine Kirche geliebet, und sich selbst für sie dahin gegeben hat, damit er sie heiligte. Das Weib soll dem Manne unterthänig seyn, wie die Kirche Christo unterthänig ist. Liebe, Frieden, Einigkeit, ein Herz und ein Sinn soll unter beyden seyn:

eines

eines soll des andern seine Last ertragen, und in allen Trübsalen ein getreuer Gefährte und Gehülfe seyn. Gleichwie ihr aber mit vereinigten Kräften euer zeitliches Wohl suchet, so sollet ihr noch weit mehr geflissen seyn, eines das andere zu verbessern, und zu heiligen, und euch und euer Haus selig zu machen. Eure Kinder, die ihr etwa überkommet, sollet ihr als ein kostbares Geschenke Gottes annehmen, die ihr durch eine gute Erziehung zu seinen ewigen Anbettern, zu Erben Gottes, und zu Miterben Jesu Christi machet. Dieses ist das Sakrament der Ehe.

Exhortatione finita perget interrogare sponsum:

N. Ist das noch euer endlicher und beständiger Will, und Meinung mit dieser gegenwärtigen N. in Ehren ehelich zu werden: ihr auch eheliche Treue und Glauben zu halten,

ten, sie als eueren eigenen Leib lieben, ernähren, und verwahren, sie auch in keiner zufallenden Widerwärtigkeit, und Trübsal nicht zu verlassen, sondern bey ihr zu verbleiben, und zu verharren, bis daß euch endlich beyde der Tod scheidet, so sprechet: Ja.

Postea eodem modo interrogetur sponsa.

N. Ist ebenmäßig noch euer gründlicher Will, und Meinung, mit diesem gegenwärtigen N. in Ehren ehelich zu werden, ihm auch eheliche Treue und Glauben zu halten, Ehre und Hülfe zu erzeigen, in ehrlichen, und billigen Sachen unterthänig, und gehorsam zu seyn, ihn auch in keinerley zufallenden Widerwärtigkeit, und Trübsal zu verlassen, sondern bey ihm beständig zu verbleiben, und zu verharren, bis daß euch endlich beyde der Tod scheidet, so sprechet: Ja.

Si uterque affirmat, dicat ulterius Sacerdos:

Zu mehrerer Bekräftigung des heiligen Werks, gebet einander die Mählringe, und die Hände.

Dum sibi annulos dant.

Nehmet hin den Ring, welcher euch der Treue jederzeit erinneren solle, die ihr hier einander versprecht, bis in den Tod unverletzt zu halten.

Quid manuum conjunctio significet.

Die Zusammengebung der Hände, ist nichts anders, dann daß ihr da vor Gott, und einer christlichen Gemeinde gleich als mit einem Eid bestättiget, keines von dem andern zu weichen, da schon Gott eine Trübsal herschickt, sondern wöllet beständig bey einander bleiben, bis euch der Tod scheidet.

Tunc

Tunc amborum manus ſtola ſua circumvolvat, atque dicat:

Ego conjungo vos in matrimonium, quod in facie Eccleſiæ contraxiitis, & illud benedico in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.

Ich verbinde euch mit dem Band der heiligen Ehe, die ihr einander in Angeſicht der heiligen chriſtlichen Kirche gelobet: und dieſe ſegne ich im Namen Gott des Vaters, Sohns, und heiligen Geiſtes, Amen.

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

℟. A templo ſancto tuo, quod eſt in Jeruſalem.

℣. Kyrie eleiſon.

℟. Chriſte eleiſon.

℣. Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Sal-

℣. Salvos fac ſervos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de ſancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Eſto eis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Reſpice quæſumus Domine ſuper hos famulos tuos, & inſtitutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinaſti, benignus aſſiſte; ut qui te auctore junguntur, te auxiliante ſerventur, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Benedictio Annulorum.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Benedic ✠ Domine annulos hos, quos nos in tuo nomine benedicimus, ✠ ut qui eos geſtaverint, fidelitatem integram ſibi invicem tenentes in pace, & voluntate tua permaneant, atque in mutua charitate ſemper vivant. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Deinde Sacerdos aſpergat annnulos aqua benedicta in modum crucis.

Be-

Benedictio Thalami.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Dignare, quæſumus Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus hunc thalamum, & domum hanc benedicere ✠, purificare, & ſanctificare, ✠ ut qui in hoc lecto decubuerint, tuam ſanctam benedictionem recipiant, tranquilli dormiant, & ſecuri quieſcant; procul hinc expelle omnes immundos ſpiritus, omne phantaſma, & maleficium, & omne quodcumque diabolicum opus; & concede propitius, ut omnes in hoc thalamo decum-

bentes, & in hac domo habitantes, in tua pace conſiſtant, & in tua voluntate permaneant, & ſeneſcant, & multiplicentur in longitudine dierum, & ad regna cœlorum perveniant. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Deinde aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio vini S. Joannis in Solemnitatibus Nuptiarum.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Initium S. Evangelii ſecundum Joannem.
Gloria tibi Domine.

In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum; omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt

nihil.

nihil. Quod factum est in ipso, vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. ET VERBUM CARO FACTUM EST, & habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis.

Per iſtos ſermones S. Evangelii, & per merita S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, quæſumus omnipotens Deus, benedicere ✠ & ſanctificare ✠ digneris hanc creaturam vini dextera tua, & præſta, ut omnes in te credentes, & de iſto potu bibentes, a te protegantur & benedicantur, ſicut beatus Joannes de calice venenum bibens, non eſt læſus; ita & iſti homines in amore tui, & ſancti Joannis, de potu iſto bibentes, ab omni ægritudine corporis & animæ abſolvantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Deinde aſpergatur aqua benedicta.

Et benedictio Dei Patris ✠ omnipotentis, & Filii, ✠ & Spiritus ſancti deſcendat ſuper hanc creaturam vini, & maneat ſemper. Amen.

Vorschrift

des Eides bey den Partheyen, welchen von dem hochwürdigen Erzbischöfl. Consistorio die drey Verkündungen nachgesehen sind; wobey aber anzumerken, daß bey einer hohen Standes, oder ansonsten stadtkündig- ehrlich- und karakterisirten Person die Worte: Einführung, und Betrug ausgelassen werden können.

Ich N. N. schwöre zu Gott dem Allmächtigen, seiner unbefleckten Jungfrau Mutter Gottes Maria, und allen Heiligen einen körperlichen Eid ohne aller Gemüthshinterhaltung, und zweydeutigen Verstande, daß ich mit niemand andern, als mit der gegenwärtigen N. N. versprochen; von allen anderen Eheversprechen, Verbindnissen, und kanonischen Hindernissen, so viel mir eigentlich bewußt ist, ledig, und frey bin: auch mich zu Erhaltung dieser Dispensation der

drey

drey Verkündigungen keines Hinterlistes und Betrugs bedienet, und gebrauchet; sondern ohne Verstellung, und Einführung, wie diese Sache in sich selbst ist, fürgegangen bin; so wahr mir Gott, die unbefleckte Mutter Gottes Maria, alle Heiligen, und das heilige Evangelium helfen.

FORMULA
COPULANDI
IDIOMATE GALLICO.

Facta exhortatione Sacerdos interroget ſponſum.

N. Eſt-ce encore votre ſérieuſe volonté & ferme réſolution de prendre pour votre femme & l'egitime épouſe N. ici préſente? de lui garder inviolablement la foi conjugale, de l'aimer, de la nourrir & de veiller à ſa conſervation, comme

me à celle de votre propre corps; comme aussi de ne la point abandonner dans aucune affliction ni aucun malheur, mais de lui être toujours attaché jusqu' à la mort? dites donc qu' oui.

Postea eodem modo interrogetur sponsa.

N. Est-ce pareillement vôtre volonté sincére & vôtre ferme résolution de prendre pour vôtre mari & légitime époux N. ici présent? de lui garder aussi la foi conjugale, de l' honnorer, de l' assister, de lui être soumise & obéissante dans tout ce qui est juste & honnête, & de ne jamais l' abandonner dans aucune affliction ni aucun malheur qui puisse vous arriver, mais de lui être toujours attachée jusqu' à la mort? dites donc de méme qu' oui.

Si uterque affirmat, dicat ulterius Sacerdos:

Pour confirmer cette sainte action, donnez-vous mutuellement l' anneau nuptiale & la main.

Dum ſibi annulos dant.

Prenez cet anneau, qui en tout temps doit vous faire reſſouvenir de la fidélité que vous promettez ici l' un à l'autre de vous garder inviolablement jusqu' à la mort.

Quid manuum junctio ſignificet.

Se donner mutuellement la main, n' eſt ici rien d' autre qu' une promeſſe réciproque, que vous vous faites devant Dieu & devant une aſſemblée chrétienne, comme par ſerment, de ne jamais vous abandonner l' un l' autre, quelqu' adverſité que dieu vous envoïe, mais de demeurer toujours enſemble jusqu' à ce que la mort vous ſépare.

Tunc amborum manus ſtola ſua circumvolvat, atque dicat:

Ego conjungo vos in matrimonium, quod in facie Eccleſiæ contrahitis, & il-

lud

lud benedico in nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Je vous unis par les liens ſacrés du Mariage que vous contractez ici en face de la ſainte Egliſe chrétienne; & je le benis au nom du Pere ✠ & du Fils & du ſaint Eſprit. Ainſi ſoit-il.

FORMULA
DEPONENDI LIBERTATIS JURAMENTUM IDIOMATE GALLICO.

Moi N. N. je confeſſe reconnois, & jure en préſence du Dieu tout-puiſſant, de l'immaculée Vierge Marie Mére de Dieu & de tous les Saints, ſans aucune reſtriction mentale ni équivoque, que je ne ſuis promis avec perſonne d' autre qu' avec N. N. ici pré-

présente; de sorte que de ma connôïssance je n' ai contracté ni fiançailles ni engagement ni aucun empêchement canonique, qui puissent mettre obstacle à mon mariage avec la susdite N. Je jure de même que pour obtenir la dispense de trois publications de Bans, je n' ai usé de la moindre fraude, mais que j' ai déclaré toutes les choses comme elles sont en elles-memes. Ainsi Dieu m' aide & son saint Evangile.

DE
PROCESSIONIBUS.

Publicæ, sacræque Processiones, seu supplicationes, quibus ex antiquissimo SS. PP. instituto Catholica Ecclesia vel ad excitandam fidelium pietatem, vel ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, vel ad divinum auxilium implorandum

uti

uti consuevit, qua par est religione celebrari debent; continent enim magna ac divina mysteria, & salutares Christianæ pietatis fructus eas pie exsequentes a Deo consequuntur, de quibus fideles præmonere, & erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, Parochorum officium est.

Videant inprimis Sacerdotes, aliique Ecclesiastici ordinis, ut in his processionibus ea modestia, ac reverentia tum ab ipsis, tum ab aliis adhibeatur, quæ piis ac religiosis hujusmodi actionibus maxime debetur.

Omnes decenti habitu, superpelliceis, vel aliis sacris vestibus, graviter modeste, ac devoti bini suo loco procedentes, sacris precibus ita sint intenti, ut remoto risu, mutuoque colloquio, & vago oculorum aspectu, populum etiam ad pie, devoteque precandum invitent.

Laici a clericis, fœminæ a viris separatæ orantes prosequantur.

Præferatur Crux, & ubi fuerit consuetudo, vexillum sacris imaginibus insignitum.

Processiones prius fieri debent, deinde Missa solemniter celebrari: nisi aliter ob gravem causam interdum Ordinario vel Clero videatur.

Processiones autem quædam sunt ordinariæ, quæ fiunt certis diebus per annum, ut in festo Purificationis B. Mariæ semper Virginis, & in Dominica Palmarum, & in Litaniis majoribus in festo S. Marci, & in minoribus Rogationum triduo ante Ascensionem Domini, & in festo Corporis Christi: vel aliis diebus pro consuetudine Ecclesiarum.

Quædam vero sunt extraordinariæ, ut quæ variis ac publicis Ecclesiæ de causis in dies inducuntur.

DE PROCESSIONE
IN FESTO
CORPORIS CHRISTI.

Omnes viæ & plateæ, per quas Venerabile Sacramentum portabitur, ſint mundatæ, & ornatæ arboribus, frondibus, floribus, gramine, aulæis, aliisque ornamentis.

In quatuor diſtinctis locis, verſus quatuor mundi plagas, Orientem, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem reſpicientibus erecta ſint quatuor altaria ex ligno, cum umbellis ſeu tectis pulchre, ac decenter ornata, & corporalibus mundis ſtrata, ſuper quibus collocari poſſit Oſtenſorium, dum quatuor Evangeliorum initia cantantur.

De-

Deputentur principaliores aliquot viri pro portanda umbella, sub qua Sacerdos cum Venerabili Sacramento processionaliter ire debet.

Indui possunt aliquot puerorum paria, ad formam Angelorum cum sertis in capite, quorum aliqui canistris deferant folia rosarum versus Venerabile Sacramentum quandoque in Processione spargenda: alii cymbala portent.

Quatuor vel duo saltem Diaconi parati cantaturi Evangelia.

His tempestive paratis Officiator indutus pluviali albi coloris stans in supremo gradu altaris, imponit incensum nec benedicit, dein descendens flectit in infimo gradu, & incensat Sacramentum, postea accepto circa colum vello ascendit, & sumpto de manibus Diaconi ostensorio ad populum versus cantat:

Pan-

Pange lingua gloriosi.

Prosequente choro hymnum, & data populo cum Venerabili benedictione, Officiator caute admodum & reverenter procedat, nec vagetur oculis inter eundum, nec nimium properet, sed pietatem & gravitatem quandam præseferat, donec veniens ad primum Altare Sanctissimum super substratum corporale deponat, & genuflexus adoret.

Deinde incensum imponat, & Sanctissimum incenset.

Veniat inde ad ipsum unus ex Diaconis vel Sacerdotibus librum Evangeliorum ambabus manibus ante pectus tenens, & benedictionem flexis genibus ab eo petat, dicens:

Jube Domne benedicere.

Ad quem Sacerdos:

Dominus ſit in corde tuo, & in labiis tuis, ut digne pronunties Evangelium ejus.

Pax tecum. Diaconus. Et cum ſpiritu tuo.

Deinde Diaconus junctis ante pectus manibus incipiat: Dominus vobiscum. Chorus reſpondet: Et cum ſpiritu tuo.

Diaconus: Initium ſancti Evangelii ſecundum Matthæum.
Chorus: Gloria tibi Domine.

Diaconus ſignat librum cruce, & incenſat, deinde proſequitur.

Liber generationis Jeſu Chriſti Filii David, Filii Abraham. Abraham genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Judam & fratres ejus. Judas autem genuit Phares & Zaram de

Tha-

Thamar. Phares autem genuit Efron, Efron autem genuit Aram, Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſon, Naaſon autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz de Raab, Booz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Jeſſe, Jeſſe autem genuit David Regem. David autem Rex genuit Salomonem, ex ea, quæ fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abiam, Abias autem genuit Aſa, Aſa autem genuit Joſaphat, Joſaphat autem genuit Joram, Joram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Joathan: Joathan autem genuit Achaz: Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manaſſen, Manaſſes autem genuit Amon, Amon autem genuit Joſiam, Joſias autem genuit Jechoniam & fratres ejus in transmigratione Babylonis. Et poſt transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit

Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliacim, Eliacim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathán, Mathan autem genuit Jacob, Jacob autem genuit Joſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Jeſus, qui vocatur Chriſtus.

Finito Evangelio textus decantatus Officiatori oſculandus exhibeatur, quem óſculetur dicens:

Per iſtos ſermones ſancti Evangelii, & interceſſionem Sancti Evangeliſtæ Matthæi indulgeat nobis Dominus noſter Jeſus Chriſtus univerſa delicta noſtra. Amen.

Tunc omnes genuflectant, & cantata prius a choro motteta dicat Officiator:

℣. Do-

℣. Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis.

Chorus.

℟. Neque ſecundum inqiuitates noſtras retribuas nobis.

Oremus.

Deus, qui culpa offenderis, & pœnitentia placaris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur averte. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Poſthæc Officiator ſtans incenſum imponit; dein genuflexus Sacramentum incenſat, illudque poſtea a Diacono ſibi porrectum in manus apprehendat, & cantet:

℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & usque in sæculum.
℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.

Deinde vertit se ad populum formans cum Sanctissimo Sacramento unicum signum crucis, & cantat:

Benedictio Dei omnipotentis Patris ✠, & Filii, & Spiritus sancti, descendat super vos, locum istum, & fruges terræ, & maneat semper.

Chorus. Amen.

Deinde continuante Choro hymnum proceditur ad secundum altare, ubi omnibus ut supra observatis, cantat Diaconus:

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Ini-

Initium ſancti Evangelii ſecundum Marcum.

Initium Evangelii Jeſu Chriſti Filii Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus. Fuit Joannes in deſerto baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Judææ regio, & Jeroſolymitæ univerſi, & baptizabantur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata ſua. Et erat Joannes veſtitus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos ejus; & locuſtas & mel ſylveſtre edebat. Et prædicabat, dicens: veniet fortior me poſt me, cujus non ſum dignus procumbens ſolvere corrigiam calceamentorum ejus. Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu ſancto.

Hoc

Hoc finito Officiator librum Evangeliorum deosculans, dicit:

Per istos sermones sancti Evangelii, & intercessionem sancti Evangelistæ Marci, indulgeat nobis Dominus noster JESUS Christus universa delicta nostra. Amen.

Deinde cantatur a choro antiphona:

Da pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

Post hæc Officiator.

℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem,

cem, ut & corda noſtra mandatis tuis: dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Tunc peractis ſupra dictis datur benedictio, & proceditur ad tertium altare, ubi Diaconus cantat:

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Initium ſancti Evangelii ſecundum Lucam.

Fuit in diebus Herodis, Regis Judææ, Sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Eliſabeth. Erant autem juſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & juſtificationibus Domini ſine querela, & non erat illis filius, eo

quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cum Sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem Sacerdotii, sorte exiit, ut incensum poneret, ingressus in templum Domini: & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus, ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elisabeth pariet tibi Filium, & vocabis nomen ejus Joannem, & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino, & vinum & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, & multos Filiorum Israel convertet ad Dominum Deum

ipso-

ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spititu & virtute Eliæ: ut convertat corda patrum in filios & incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.

Per istos sermones sancti Evangelii, & per intercessionem sancti Evangelistæ Lucæ, indulgeat nobis Dominus noster Jesus Christus universa delicta nostra. Amen.

Antiphona post Evangelium ad placitum, deinde dicit Officiator:

℣. Dominus dabit benignitatem.
℟. Et terra dabit fructum suum.

Oremus.

Clementiam tuam omnipotens Deus, suppliciter deprecamur, ut benedicere, visitare, & irrigare digneris fruges & fines servorum tuorum, noxias tempe-

ſtates amoveas, inundationem coerceas imbrium, ſpiritales repellas nequitias, aërem ſalubrem indulgeas, ab omni nos inimicorum infeſtatione in pace defendas, quos corpore & ſanguine Filii tui a morte perpetua redemiſti. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Data ut ſupra benedictione proceditur ad quartum Evangelium, ubi Diaconus modo præſcripto cantat:

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Initium S. Evangelii ſecundum Joannem.

In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum, omnia

per

per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt in ipſo, vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quot quot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. (Hic genu flectitur.) Et Verbum Caro factum eſt, & habitavit in

no-

nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis.

Officiator iterum osculatur textum cantatum dicendo:

Per istos sermones sancti Evangelii, & per intercessionem sancti Evangelistæ Joannis, indulgeat nobis Dominus noster Jesus Christus universa delicta nostra. Amen.

Cantatur motteta ad placitum, deinde Officiator.

℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

Oremus.

Parce, Domine, parce populo tuo, & nullis nos patiaris adversitatibus, bellis, morbis, tempestatibus ac periculis fatiga-

tigari, quos pretioſo Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti corpore & ſanguine redemiſti. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Data benedictione proceſſio ad Eccleſiam reducitur, ubi Officiator cum Sacramento ſupremum altaris gradum aſcendit, illudque ſuper corporale collocatum incenſat; deinde cum eodem ad populum converſus cantat hymni ſequentia verba:

Tantum ergo Sacramentum.

Chorus reliquum verſiculi proſequitur, dein iterum Officiator cantat:

Genitori Genitoque.

Et dum chorus proſequendo verſiculum canit (Sit & benedictio) Officiator cum Sacramento format ſuper populum uni-

unicum signum crucis. His peractis ostensorium cum sanctissimo Sacramento in suum tabernaculum collocatur.

Infra hanc octavam Sacramentum publicæ venerationi quotidie exponi potest, alias vero, ne frequentes expositiones vilescant, extra publicam necessitatem, & obtentam ab Ordinario specialem facultatem, expositiones fieri non debent.

DE
BENEDICTIONIBUS
REGULÆ GENERALES.

Noverit Sacerdos, quarum rerum benedictiones ad ipsum, & quæ ad Episcopum suo jure pertineant, ne majoris dignitatis munera temere aut imperite umquam usurpet propria auctoritate. In

In omni benedictione extra Missam, Sacerdos saltem superpelliceo & stola pro ratione temporis utatur, nisi aliter in Missali notetur.

Stando semper benedicat, & aperto capite.

In principio cujusque benedictionis dicat:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Deinde dicatur oratio propria, una vel plures, prout suo loco notatum fuerit.

Postea rem aspergat aqua benedicta; & ubi notatum fuerit, pariter incenset, nihil dicendo.

Cum Sacerdos aliquid benedicturus est, habeat ministrum cum vase aquæ benedictæ & aspergillo, & cum hoc Rituali libro, seu Missali.

Caveat, ne benedictionis causa ponat aliquid indecens super altare, veluti esculenta: sed quod ejusmodi est, ponatur super mensam, commodo loco paratam.

BENEDICTIO ET THURIFICATIO DOMORUM IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Sacerdos indutus superpelliceo & stola albi coloris cum duobus Acolythis vas aquæ benedictæ, & thuribulum deferentibus, quos unus cum imagine Crucifixi præcedat, ex Ecclesia ad domum modeste procedit, & illam ingrediens dicit

Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

Deinde in principaliori domus mansione super mensam mundo saltem linteo stratam imago Crucifixi collocatur, ante quam stans Sacerdos dicit:

Anti-

Antiphona. Hodie ſcietis, quia veniet Dominus, & mane videbitis gloriam ejus.

Dein imponit incenſum, dicens:

Ab illo benedicaris, in cujus honorem cremaberis.

Et incenſando imaginem Crucifixi, recitat Pſalmum: Magnificat &c.

Quo dicto repetitur

Antiphona. Hodie ſcietis, quia veniet Dominus: & mane videbitis gloriam ejus.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui hanc ſacratiſſimam noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da quæſumus, ut cujus myſteria in terris cognovimus, ejus quoque gaudiis in cœlo perfruamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Divinum auxilium maneat ſemper nobiscum. ℟. Amen.

Deinde aſpergit adſtantes aqua benedicta, dicendo:

Aſperges me Domine hyſſopo & mundabor, lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Per alia domus loca dein transiens ea aſpergendo dicat:

Aſpergatur locus iſte in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus ✠ ſancti, Amen.

BENEDICTIO VINI IN FESTO S. JOANNIS EVANGELISTÆ.

Sacerdos ſuperpelliceo, ſeu alba & ſtola indutus, ſtans in cornu Epiſtolæ, vino extra dictum cornu juxta ſe in menſa poſito, & vaſis quibus continetur apertis, dicat:

℣. Ad-

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Pſalmus 22.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: animam meam convertit.

Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ: propter nomen ſuum.

Nam etſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam: adverſus eos, qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quam præclarus eſt?

Et miſericordia tua ſubſequetur me: omnibus diebus vitæ meæ. Et

Et ut inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

℣. Kyrie eleiſon. ℟. Chriſte eleiſon.

℣. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Salvos fac fideles tuos Domine.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus.

℟. Beatus vir, qui ſperat in eo.

℣. Et ſi mortiferum quid biberint.

℟. Non eis nocebit.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui omnis creatura deſervit, cujus audito nomine noxium quodcunque diffugit, repelle a nobis quæſumus omnes diabolicas fraudes, & humano generi adverſantes nequitias, & bene ✠ dicere dignare hunc vini liquorem, ut omnes ex eo potantes per interceſſionem ſancti Joannis Evangeliſtæ ab omni malo cuſtodiri mereantur. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat &c.

Oremus.

Deus, qui mirabili potentia vinum producis ex vite, ut inde lætifices cor hominis; qui mirabili potentia in Cana Galilæa ad potandum nuptiali populo aquam convertiſti in vinum, quique mirabiliſſima potentia, per manus Sacerdotum vinum quotidie in ſacratiſſimum tuum trans-

transformas ſanguinem: Deus cujus poteſtate Joannes Evangeliſta venenoſi potus digeſſit toxicum, bene ✠ dicere dignare hanc creaturam vini, ut omnes ex eo guſtantes expulſo toto genere nocivo infuſo tuæ bene ✠ dictionis myſterio in anima & corpore miſericorditer refici mereantur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum &c.

Oremus.

Beati Joannis Evangeliſtæ quæſumus Domine ſupplicatione placatus, & veniam nobis tribue, & remedia æterna concede. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum &c.

Benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & Filii, ✠ & Spiritus ✠ ſancti deſcendat ſuper hunc liquorem vini, & maneat ſemper. ℟. Amen.

Deinde aſpergit vinum aqua benedicta, & dat populo ad bibendum nihil dicens.

BE-

BENEDICTIO ET THURIFICATIO DOMORUM IN VIGILIA CIRCUMCISIONIS DOMINI N. JESU CHRISTI.

Obſervatis ſupra de benedictione domorum in vigilia Nativitatis dictis, dicitur

Antiph. Ecce Maria nobis genuit Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, Allel.

Pſalmus. Magnificat &c.

Quo finito ſubjungitur

Antiph. Ecce Maria genuit, &c.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ Virginitate fæcunda, humano generi præmia præſtitiſti, tribue quæſumus,

ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus authorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui vivit & regnat, &c. Amen.

Divinum auxilium maneat ſemper nobiscum. ℟. Amen.

Benedictio Cretæ.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Bene ✠ dic Domine DEUS creaturam iſtam Crætæ, ut ſit ſalutaris humano generi, & præſta per invocationem nominis tui ſanctiſſimi, ut quicunque ea in domus ſuæ portis ſcripſerint nomina Sanctorum tuorum Caſpari, Melchioris, & Bal-

Balthasari, per eorum intercessionem & merita corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO INCENSI VEL THURIS.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Benedic ✠ Domine hanc creaturam incensi ad effugandos dæmones, & omnes fraudes eorum. Ut in odore hujus incensi benedicatur domus, locus, cubiculum, ita ut nullus spiritus possit stare ubicunque fuerit hic odor; sed fugiat confusus: & domum, locum, cubiculum, ubi fuerit talis odor, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare dignare benedictione cœ-

lesti; & sit domus, & locus, & cubiculum habitaculum Spiritus sancti; & sit quoque benedictus, & sanctificatus quiscunque fuerit fumigatus his rebus benedictis, te quoque humiliter precor Domine Jesu Christe, ut hanc creaturam incensi, quam in nomine tuo puri ✠ fico, bene ✠ dico, & sancti ✠ fico, tua sancta virtute digneris corroborare, ut odore hujus fugiant dæmones, cum omnibus suis insidiis, qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO DOMORUM
IN VIGILIA EPIPHANIÆ DOMINI.

Observentur omnia, ut dictum est de benedictione domus in vigilia Nativitatis.

Antiph. Apertis thesauris suis obtulerunt

lerunt Magi Domino aurum, thus, myrrham, Alleluja.

Pſalmus. Magnificat &c.

Repetitur Antiph. Apertis theſauris &c.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum gentibus, ſtella duce revelaſti: concede propitius, ut qui jam te ex fide cognovimus, uſque ad contemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Divinum auxilium maneat ſemper nobiscum. ℟. Amen.

BENEDICTIO AQUÆ
IN VIGILIA EPIPHANIÆ.

Paretur vas pro populi copia majus aqua munda repletum; vaſculum cum ſale non

non benedicto: imago Crucifixi in aquam immergenda; & ſtrophium ad abſtergendam manum Sacerdotis.

Sacerdos ad benedicendam aquam procedens abſolute incipit:

℟. Hodie cœli aperti ſunt, & mare dulce factum eſt; terra exultat, montes & colles lætentur: * quia a Joanne in Jordane Chriſtus baptizatus eſt.

℣. Quid eſt tibi mare, quod fugiſti: & tu Jordanis; quia converſus es retrorſum? quia &c.

Exorcismus Salis.

Exorcizo te creatura ſalis per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ ſanctum, per Deum, qui te per Eliſeum Prophetam in aquam mitti juſſit, ut ſanaretur ſterilitas aquæ; ut efficiaris ſal exorcizatum in ſalutem credentium; ut effugiat atque diſcedat a loco, in quo aſperſum fueris omnis phantaſia, & nequitia,

vel

vel verſutia diabolicæ fraudis, omniſque ſpiritus immundus adjuratus per eum qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Oremus.

Immenſam clementiam tuam omnipotens æterne Deus humiliter imploramus, ut hanc creaturam ſalis, quam in uſum generis humani tribuiſti, bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare tua pietate digneris, ut virtutem accipiat contra omnes immundos ſpiritus; & expellat quidquid poteſt eſſe peſtiferum & exhibeat plenum ſalutis effectum; deterreat præſtigia, phantaſmataque compeſcat per ſignum ſanctæ crucis Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui tecum vivit in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Hic ponatur ſal in aquam per modum crucis dicens:

Hæc commixtio ſalis & aquæ pariter fiat in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti. ℟. Amen. EXOR-

Exorcismus Salis et Aquæ.

Exorcizo te creatura aquæ ſale conſperſa per Deum totius creaturæ, qui te in principio ſeparavit ab arida, & in quatuor flumina dividere dignatus eſt, ut ubicunque portata, vel aſperſa fueris, effugetur, & ſeparetur, inimicus, & omnis putredo ejus: ut ſit ipſa domus Deo dicata, per virtutem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem.

Te autem creatura aquæ adjuro per Deum ſanctum: per eum, qui te in principio ſeparavit ab arida, & de fonte paradiſi manare fecit.

Hic manu hauriens aquam dividat in quatuor partes. Et in quatuor fluminibus exire juſſit, & totam terram rigare præcepit. Adjuro te per eum, qui te in Cana Galilææ ſua potentia convertit in vinum, qui ſuper te ſuis ſanctis pedibus ambulavit.

Ad-

Adjuro te per eum, qui in te Naaman Syrum a sua lepra per manum Elisæi Prophetæ mundavit. Hic tangat aquam per modum crucis, dicens: Aqua san ✠ cta, aqua bene ✠ dicta. Extrahat manum. Adjuro te per Deum vivum, ut te mundam exhibeas, nec aliquam phantasiam in te retineas, sed efficiaris exorcizata, ad effugandum inimicum, & omnes actus fulguris, ut ubicunque aspersa fueris, sive in domibus, sive in vineis, sive in seminatis campis, sive in fructibus, sive in habitaculis, sive in navibus, sive in puteis, vel si quis ex te gustaverit, fias ei defensio, & remedium sanitatis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Sursum corda.

℟. Habemus ad Dominum.

℣. Gratias agamus Domino Deo nostro.

℟. Dignum & justum est.

Vere dignum & justum est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere, Domine Deus cœli & terræ, cujus virtuti subdita sunt universa, cujus verbo creata sunt omnia. Emitte quæsumus virtutem Spiritus sancti tui super hanc creaturam aquæ, ut fiat in tuo nomine bene ✠ dicta, & sancti ✠ ficata, & in quacunque domo asservata, & aspersa fuerit, sit tibi te largiente tuæ cœlestis gratiæ plenitudo, fidei, spei, & charitatis, ac reliquarum virtutum sedes perpetua, atque inde exclusis hostis infernalis insidiis sit salus corporis, mentis tranquillitas, gaudium cordis, & sancta pax. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tu-

um

um, qui tecum vivit & regnat in unitate ejusdem Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Tu autem Domine Deus noſter, qui per Angelum tuum fontem Agar oſtendiſti, & ex eo Iſmaelem ſitientem potaſti, qui pueri tui Abrahæ in Meſopotamia preces exaudiſti, & omnia deſideria cordis ejus impleviſti, qui famulo tuo Moyſi in deſerto Eremi petram percutere, & ex ea aquam producere, & populum rigare juſſiſti.

Hic immiſſo in aquam Crucifixo ter dicatur ſequens verſus.

Qui aquam amaram immiſſo ligno dulcoraſti.

Poſtea extrahens Crucifixum dicit:

Baptizatus eſt Jeſus a Joanne in Jordane, & ſtatim aſcendens de aqua vidit cœlos apertos, & ſpiritum tanquam columbam deſcendentem & manentem in ipſo,

& vox facta eſt de cœlis: tu es Filius meus dilectus, in te complacui. Per quem Majeſtatem tuam laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt poteſtates, cœli cœlorumque virtutes ac beata Seraphim ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus & noſtras voces, ut admitti jubeas deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli, & terra Majeſtatis & gloriæ tuæ, hoſanna in excelſis.

Oremus.

Deus qui ad ſalutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti, adeſto propitius invocationibus noſtris, & elemento huic multi-modis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene✠dictionis infunde: ut creatura tua myſteriis tuis ſerviens, ad abigendos dæmones, morboſque pellendos divi-

næ

næ gratiæ ſumat effectum, ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium hæc unda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur a noxa, non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens, diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici, & ſi quid eſt, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aſperſione hujus aquæ effugiat, atque diſcedat, ut ſalubritas per invocationem tui nominis expedita ab omnibus impugnationibus ſit defenſa. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus ab occultis noſtris munda nos & ab alienis parce ſervis tuis, ut cum fiducia valeamus dicere orationem illam, quam ipſe Dominus & Salvator noſter nos orare docuit. Pa-

Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

Oremus.

Libera nos quæſumus Domine ab omnibus malis, præteritis, præſentibus, & futuris, ut tua ſemper protectione muniti ad perennem in cœlis gloriam pervenire valeamus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Hic datur benedictio ſuper aquam dicens:

Benedictio Dei Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii,

&

& Spiritus ✠ ſancti, deſcendat ſuper hanc creaturam ſalis & aquæ. ℟. Amen.

Deinde recitetur.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ.

Et in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum, Dominum noſtrum.

Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine:

Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus;

Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis:

Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis:

Inde venturus eſt judicare vivos, & mortuos.

Credo in Spiritum ſanctum:

Sanctam Eccleſiam catholicam:

Sanctorum communionem:

Remiſſionem peccatorum.

Car-

Carnis resurrectionem.

Vitam æternam. Amen.

Quo finito aspergit populum aqua recenter benedicta, dicens:

Antiph. Asperges me Domine hyssopo, & mundabor; lavabis me, & super nivem dealbabor. Gloria Patri, &c.

His finitis dicitur Evangelium

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus, & Jesu baptizato, & orante apertum est cœlum, & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, & vox de cœlo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, & putabatur filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janne, qui fuit Joseph, qui fuit Mathathiæ, qui fuit

Amos,

Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, qui fuit Mahath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Joseph, qui fuit Juda, qui fuit Joanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmadan, qui fuit Her, qui fuit Jesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Jorim, qui fuit Mathat; qui fuit Levi, qui fuit Simeon, qui fuit Juda, qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliakim, qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Jesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salomon, qui fuit Naasson, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Judæ, qui fuit Jacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit He-

ber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, qui fuit Mathuſale, qui fuit Henoch, qui fuit Jared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Jeſus autem plenus Spiritu ſancto regreſſus eſt a Jordane.

Deinde ſequitur:

Te Deum laudamus, te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem, omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi cœli & univerſæ poteſtates.

Tibi Cherubim & Seraphim, inceſſabili voce proclamant:

Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth:

Pleni ſunt cœli & terra, Majeſtatis gloriæ tuæ.

Te

Te gloriosus Apostolorum chorus:

Te Prophetarum laudabilis numerus:

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia.

Patrem immensæ Majestatis:

Venerandum tuum verum, & unicum Filium:

Sanctum quoque paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni: quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum Sanctis tuis in gloria numerari

Salvum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, & extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Dignare Domine die isto, sine peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine: miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine, super nos: quemadmodum speravimus in te.

In te Domine speravi: non confundar in æternum.

℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Domius vobiscum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Exaudi nos Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

BENEDICTIO SALIS IN FESTO S. BLASII.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.

Ore-

Oremus.

Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, benedicere dignare hanc creaturam ſalis tua benedictione cœleſti, ut per interceſſionem ſancti Blaſii Martyris tui atque Pontificis ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis & corporis, atque contra omnes morbos, & univerſas inimici infernalis inſidias ſalutare munimen. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

Benedictio Dei Pa ✠ tris, & Filii, & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper hanc creaturam ſalis, & maneat ſemper.

Deinde imponit incenſum dicens:

Ab illo benedicaris, in cujus honorem cremaberis.

Et incenſat ter ſalem per modum unius crucis.

BE-

BENEDICTIO CANDELARUM
IN FESTO S. BLASII CONTRA MORBUM GUTTURIS.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens & miſericors Deus, qui omnium mundi rerum diverſitates ſolo verbo creaſti, & ad hominum reformationem illud idem verbum, per quod facta ſunt omnia, incarnari voluiſti: qui magnus es, & immenſus, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia: pro cujus fidei defenſione glorioſus Martyr & Pontifex

fex Blasius diversorum tormentorum genera non pavescens, Martyrii palmam est adeptus. Cui inter cæteras gratias hanc prærogativam contulisti, ut quoscunque gutturis morbos tua virtute curaret: Majestatem tuam suppliciter exoramus, ut ejus meritis & precibus hanc creaturam ceræ bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris tuam gratiam infundendo, ut omnes, quorum colla tetigerit, a quocunque gutturis morbo liberentur, & a cunctis adversitatibus tua opitulatione defensi in Ecclesia sancta tua gratiarum tibi referant actionem. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Aspergantur candelæ aqua benedicta, & iisdem decussatim junctis tangens colla, dicat:

Per intercessionem sancti Blasii Episcopi

pi & Martyris, liberet, & præſervet te Dominus a malo gutturis. Amen.

BENEDICTIO AGNI PASCHALIS, CARNIUM, PANIS, OVORUM, ET CUJUSCUNQUE COMMESTIBILIS.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui per famulum tuum Moyſen in liberatione populi tui de Egypto agnum occidi juſſiſti in ſimilitudinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & utrosque poſtes domorum de ſanguine hujus agni per-

ungi præcepisti: ita bene✠dicere, & sancti✠ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus, per resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Oremus.

Domine Jesu Christe, Panis Angelorum, Panis vivus, & æternæ vitæ, bene✠dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes ex eo digne gustantes inde corporis & animæ desiderabilem percipiant sanitatem. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Oremus.

Subveniat quæsumus, Domine, tuæ benedictionis gratia huic ovorum creaturæ,

de

de qua pullos gallinarum procreare dignatus es, ut cibus ſalubris fiat tuis fidelibus in tuarum gratiarum actione ſumentibus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

Bene ✠ dic Domine, creaturas iſtas, ut ſint remedium ſalutare generi humano, & præſta per invocationem ſancti nominis tui: ut quicunque ex eis ſumpſerint, corporis ſanitatem, & animæ tutelam accipiant. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Deinde omnia aſpergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO ANIMALIUM GRASSANTE MORBO.

Primo dicantur Litaniæ omnium Sanctorum flexis genibus uſque ad verba:

Ut nobis indulgeas.

Dein Sacerdos ſurgens dicit crucem formando :

Ut hæc pecora bene ✠ dicere digneris, te rogamus audi nos.

Ut hæc pecora bene ✠ dicere, & cuſto ✠ dire digneris, te rogamus audi nos.

Ut hæc pecora bene ✠ dicere, cuſto- ✠ dire, & ab omni morbo libe ✠ rare digneris, te rogamus, audi nos.

Dein genuflexus proſequatur :

Ut nos exaudire digneris, te rogamus.

Uſque ad finem.

Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus.

Rerum omnium Creator omnipotens Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, per quem omnia facta sunt, cujus audito nomine omne noxium evanescit, repelle quæsumus Domine ab his pecoribus omnes diabolicas fraudes, & remove ferarum incursus, venena extinque, rorem purifica, eaque ab omnibus infirmitatibus, adversitatibus, & periculis libera, & dignare per nomen ejusdem dilectissimi Filii tui, & per intercessionem B. Mariæ Matris ejus omniumque Sanctorum hæc pecora bene✠dicere, conservare, & ab omni morbo liberare; arce dæmonium, purifica pabulum, tribue fœcunditatem, & tua bene✠dictione reple omnia, quæ eorum usui adhibenda sunt. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Ore-

Oremus.

Misericordiam tuam Domine, ſupplices exoramus, ut hæc animalia, quæ periculoſa contagione infecta ſunt, in nomine tuo, & in virtute bene ✠ dictionis tuæ ſanentur, extinquatur in eis omnis diabolica poteſtas, nec ulterius ad damnum famulorum tuorum ægrotent; tu eis Domine ſis protectio vitæ, & remedium ſanitatis: ut tibi a famulis tuis digna reddatur gratiarum actio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Hic benedicatur Sal.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, per Filium tuum unigenitum te ſuppliciter deprecamur, ut in hanc creaturam ſalis bene ✠ dictionem, & potentiam inviſibilis operationis tuæ infundas; ut animalia, quæ ex eo receperint, vel guſtaverint, bene ✠ dictio & protectio tua ab omni ægritudinis & læſionis incurſu cuſtodiat. Per eundem Dominum noſtrum &c. Ore-

Oremus.

Concede quæſumus omnipotens & miſericors Deus, ut hæc animalia per hanc creaturam ſalis, quam in tuo nomine bene✠dico & eis tradi facio ab omnibus malis liberentur, & quæcunque morbis vexantur, per hujus bene✠dicti ſalis virtutem, & tui ſancti nominis invocationem ſanitati reſtituantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Aſpergatur ſal & pecora aqua benedicta, & detur eis ſal ad ſummendum.

BENEDICTIO AGRORUM, ET VINEARUM.

Dicantur Litaniæ omnium Sanctorum, & poſt verſum: Ut animas noſtras ab æterna damnatione eripias, dicat Sacerdos:

Ut hos agros (vel vineas) bene✠dicere digneris, te rogamus audi nos.

Ut

Ut hos agros (vel vineas) bene ✠ dicere & ſancti ✠ ficare digneris, te rogamus audi nos.

Ut hos agros (vel vineas) bene ✠ dicere, ſancti ✠ ficare, conſer ✠ vare, & ab omni dæmonum infeſtatione cuſtodire digneris, te rogamus audi nos.

Ut dæmonum maleficia diſſolvere, exſtirpare, & in nihilum redigere digneris, te rogamus audi nos.

Ut fulgura, grandines, ſævas tempeſtates, & noxias aquarum inundationes a loco iſto clementer expellere, & effugare digneris, te rogamus audi nos.

Ut fructus terræ dare & conſervare digneris, te rogamus audi nos.

Deinde abſolvuntur Litaniæ.

Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Emit-

℣. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur.

℟. Et renovabis faciem terræ.

℣. Dominus dabit benignitatem.

℟. Et terra noſtra dabit fructum ſuum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Pietatem tuam, omnipotens Deus humiliter imploramus, ut hos agros (vel vineas) quas aëris temperamento nutrire dignatus es, tuæ benedictionis imbre perfundere digneris, tribuens populo tuo de tuis muneribus, tibi ſemper gratias agere, & pulſa ſterilitate terræ, eſurientium animos, bonis affluentibus replere, ut egeni & pauperes laudent nomen tuum in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

Bene ✠ dic quæſumus Domine, & ſancti- ✠ fica hos agros (vel vineas) & omnem ubertatem eis concede, & multiplica fructus ejus, ut viventes ſervi tui in exultatione manipulos colligant, & te ſemper laudent, & benedicant. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedictio omnipotentis Dei Pa ✠ tris, & Fi ✠ lii, & Spiritus ✠ ſancti deſcendat ſuper agros (vineas) & bona quæcunque loci hujus, & maneat ſemper. Amen.

BENEDICTIO CONTRA MURES, LOCUSTAS, BRUCHOS, ET VERMES NOXIOS.

Antiph. Exurge Domine, adjuva nos, & libera nos propter nomen tuum.

Pſal-

Psalmus.

Deus auribus noſtris audivimus: * patres noſtri annuntiaverunt nobis.

Opus, quod operatus es in diebus eorum, * & in diebus antiquis.

Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos: * afflixiſti populos, & expuliſti eos.

Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram, * & brachium eorum non ſalvavit eos.

Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: * quoniam complacuiſti in eis.

Tu es ipſe Rex meus, & Deus meus: * qui mandas ſalutes Jacob.

In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, * & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo ſperabo, * & gladius meus non ſalvabit me.

Salvaſti enim nos de affligentibus nos: * & odientes nos confudiſti.

In Deo laudabimur tota die: * & in nomine tuo confitebimur in ſæculum.

Nunc autem repuliſti & confudiſti nos: * & non egredieris Deus in virtutibus noſtris.

Avertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros: * & qui oderunt nos, diripiebant ſibi.

Dediſti nos tamquam oves eſcarum: * & in gentibus diſperſiſti nos.

Vendidiſti populum tuum ſine pretio: * & non fuit multitudo in commutationibus eorum.

Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris: * ſubſanationem, & deriſum his, qui ſunt in circuitu noſtro.

Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus: * commotionem capitis in populis.

Tota die verecundia mea contra me eſt, * & confuſio faciei meæ cooperuit me.

A voce exprobrantis; & obloquentis, * a facie inimici, & persequentis.

Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: * & inique non egimus in testamento tuo.

Et non recessit retro cor nostrum: * & declinasti semitas nostras a via tua.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: * & cooperuit nos umbra mortis.

Si obliti sumus nomen Dei nostri: * & si expandimus manus nostras ad Deum alienum.

Nonne Deus requiret ista? * ipse enim novit abscondita cordis.

Quoniam propter te mortificamur tota die: * æstimati sumus sicut oves occisionis.

Exurge, quare obdormis Domine? * exurge, & ne repellas in finem.

Quare faciem tuam avertis? * oblivisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ?

Quo-

Quoniam humiliata eſt in pulvere anima noſtra: * conglutinatus eſt in terra venter noſter.

Exurge Domine, adjuva nos: * & redime nos propter nomen tuum.

℣. Gloria Patri, &c.

Antiph. Exurge Domine, adjuva nos, * & libera nos propter nomen tuum.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Preces noſtras, quæſumus Domine, clementer exaudi, ut, qui juſte pro peccatis noſtris affligimur, & hanc murium (vel locuſtarum, vel vermium) perſecutio-

tionem patimur, pro tui nominis gloria ab ea miſericorditer liberemur; ut tua potentia procul expulſi (vel expulſæ) nulli noceant, & campos, agrosque noſtros in tranquillitate, ac quiete dimittant, quatenus ex eis ſurgentia, & orta tuæ Majeſtati deſerviant, & noſtræ neceſſitati ſubveniant. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, omnium bonorum remunerator, & peccatorum maximus miſerator, & in cujus nomine omnia genuflectuntur, cœleſtia, terreſtria, & infernalia, tua potentia nobis peccatoribus omnipotenter concede, ut, quod de tua miſericordia confiſi agimus, per tuam gratiam efficacem conſequamur effectum: quatenus hos peſtiferos mures (vel locuſtas, vel vermes) per nos ſervos

tuos

tuos maledicendo maledicas, ſegregando ſegreges, exterminando extermines, ut, per tuam clementiam ab hac peſte liberati, gratiarum actiones Majeſtati tuæ libere referamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Exorcizo vos peſtiferos mures (vel locuſtas, vel vermes) per Deum Patrem omnipotentem ✠ & Jeſum Chriſtum Filium ejus ✠ & Spiritum ſanctum ab utroque procedentem ✠ ut confeſtim recedatis a campis, & agris noſtris, nec amplius in eis habitetis, ſed in ea loca transeatis, in quibus nemini nocere poſſitis, pro parte omnipotentis Dei, & totius Curiæ cœleſtis, & Eccleſiæ ſanctæ Dei vos maledicens, ut quocumque eritis, ſitis maledicti (vel maledictæ) deficientes de die in diem in vos ipſos (vel ipſas) & decreſcentes, quatenus reliquiæ de vobis nullo in loco inveniantur, niſi neceſſariæ ad ſalutem, & uſum huma-

humanum. Quod præstare dignetur, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Postremo aqua benedicta aspergantur loca infecta.

RITUS

BENEDICENDI NOVAM ECCLESIAM, SEU ORATORIUM PUBLICUM, UT IBI SANCTISSIMUM MISSÆ SACRIFICIUM CELEBRARI POSSIT.

Sacerdos novam Ecclesiam de licentia Episcopi benedicturus, ut in ea divinum Sacrificium Missæ rite celebretur, stola ac pluviali albi coloris indutus, aliquot Sacerdotibus & Clericis adhibitis, prælata Cruce media inter duos Clericos deferentes cereos accensos, mane procedit ad primariam Ecclesiæ vel Oratorii januam; ubi stans capite aperto, conversus ad eam dicit absolute orationem.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio & operatio a te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Deinde inchoat Antiphonam: Asperges me Domine, &c. & Clerus alternatim dicit Psalmum. Miserere mei Deus.

In fine, Gloria Patri, &c.

Interim circumdant exterius Ecclesiam (quæ intus debet esse vacua & nuda, & pariter Altaria nuda, excluso populo, donec absoluta sit benedictio) & Sacerdos accepto aspergillo ex herba hyssopi ad ejus dexteram se convertens, parietes Ecclesiæ in superiori parte, & in fundamentis, cum aqua benedicta aspergit, dicens:

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor.

Reversi ad locum unde Processio initium

ha-

habuit, repetita Antiphona a Clero, Sacerdos ſtans ut prius verſus Eccleſiam, dicit: Oremus, & Miniſtri: Flectamus genua.

℟. Levate.

ORATIO.

Domine Deus, qui licet cœlo & terra non capiaris, domum tamen dignaris habere in terris, ubi nomen tuum jugiter invocetur: locum hunc quæſumus, Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & Beati N. omniumque Sanctorum intercedentibus meritis, ſereno pietatis tuæ intuitu viſita, & per infuſionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica, purificatumque conſerva; & qui dilecti tui David devotionem in filii ſui Salomonis opere complevisti, in hoc opere deſideria noſtra perficere digneris; effugiantque omnes hinc nequitiæ ſpirituales. Per Dominum noſtrum &c.

Qua finita oratione, omnes bini in Eccleſiam intrantes ad Altare majus procedunt, Litanias decantantes

Ubi dictum fuerit: Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus audi nos; ſurgit Sacerdos, & intelligibili voce dicit: Ut hanc Eccleſiam & Altare ad honorem tuum, & nomen Sancti tui N. purgare & bene ✠ dicere digneris, te rogamus audi nos; cum dicit benedicere, manu dextera benedicit Eccleſiam & Altare, deinde ut prius genuflectit, donec perficiantur Litaniæ; & Cantores proſequuntur: Ut nos exaudire digneris, te rogamus, audi nos. Fili Dei, &c

Dicto ultimo Kyrie eleiſon. Sacerdos ſtans dicit: Oremus. Miniſtri: Flectamus genua. ℟. Levate.

Præveniat nos, quæſumus Domine, miſericordia tua, & intercedentibus omnibus Sanctis tuis, voces noſtras clementia tuæ propitiationis anticipet. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Tum diſtans ab Altari congruenti ſpatio genu-

genuflexus, & ſe ſignans, dicit: Deus in Adjutorium meum intende; & ſtatim ſurgit Clero reſpondente: Domine ad adjuvandum me feſtina. Ipſe vero ſtans dicit: Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto. Chorus reſpondet: Sicut erat in principio, &c.

Poſtea Sacerdos dicit: Oremus.

Miniſtri: Flectamus genua. ℟. Levate.

ORATIO.

Omnipotens & miſericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantam præ ceteris gratiam contuliſti, ut quidquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur: quæſumus immenſam clementiam tuam, ut quidquid modo viſitaturi ſumus, viſites, & quidquid benedicturi ſumus, bene ✠ dicas, ſitque ad noſtræ humilitatis introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingreſſus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, &c.

His

His dictis inchoat Antiphonam: Benedic Domine domum istam nomini tuo ædificatam, cum tribus Psalmis sequentibus, videlicet:

Psalmus 119.

Ad Dominum cum tribularer clamavi: * & exaudivit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis, * & a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ, * cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: * multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 120.

Levavi oculos meos in montes, * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum, * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, * qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo:* custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum; * ex hoc nunc & usque in sæculum. Gloria Patri, &c.

Psalmus 121.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri, * in atriis tuis Jeruſalem.

Jeruſalem, quæ ædificatur ut civitas:* cujus participatio ejus in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini: * teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini Domini.

Quia illic ſederunt ſedes in judicio, * ſedes ſuper domum David.

Rogate quæ ad pacem ſunt Jeruſalem:* & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: * & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos, * loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei noſtri, * quæſivi bona tibi. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Benedic Domine domum iſtam nomini tuo ædificatam.

Interim aſpergit interius parietes in parte ſuperiori & inferiori, inchoans aſperſio

nem

nem a parte Evangelii, dicens: Asperges me Domine, &c. tum ad Altare reversus dicit: Oremus. Flectamus genua. ℟. Levate.

Deus, qui loca nomini tuo dicanda sanctificas: effunde super hanc orationis domum gratiam tuam, ut ab omnibus hic nomen tuum invocantibus auxilium tuæ misericordiæ sentiatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c. ℟. Amen.

His peractis dicitur Missa de tempore occurrenti, vel de Sancto.

Ecclesia vero quamvis a simplici Sacerdote, ut supra, sit benedicta, ab Episcopo tamen consecranda est.

RITUS
BENEDICENDI NOVUM COEMETERIUM PER SACERDOTEM AB EPISCOPO DELEGATUM.

Pridie quam fiat benedictio, ponitur in medio Cœmeterii benedicendi lignea

Crux, alta ad ſtaturam hominis, & ante ipſam crucem in terra figitur paxillus tridens ligneus altus ad cubitum unum, aptus ad affigendum illi tres candelas.

Sequenti die mane Sacerdos in ſacriſtia paratus amictu, alba, cingulo, ſtola, & pluviali albi coloris, adhibitis aliquot Sacerdotibus & clericis indutis ſuperpelliceis, qui deferant vaſculum aquæ benedictæ, aſpergillum, & thuribulum cum incenſi navicula, & hoc Rituali libro, & tribus candelis cereis, procedit ad Cœmeterium benedicendum ante crucem in medio poſitam, & affiguntur, & accenduntur tres candelæ ſuper ligneum paxillum, & Sacerdos ante Crucem & candelas, ſtans diſcooperto capite, dicit:

O r e m u s.

Omnipotens Deus, qui es cuſtos animarum & tutela ſalutis, fides credentium, reſpice propitius ad noſtræ ſervitutis offi-

officium, & ad introitum noſtrum purgetur, ✠ benedicatur, ✠ & ſanctificetur ✠ hoc Cœmeterium, ut humana corpora hic poſt vitæ curſum quieſcentia in magno judicii die ſimul cum felicibus animabus mereantur adipiſci vitæ perennis gaudia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Mox ante ipſam crucem omnes genibus flexis dicunt Litanias ordinarias, incipiente Cantore, cæteris reſpondentibus; & cum dictum fuerit: Ut omnibus fidelibus defunctis &c. Te rogamus audi nos.

Sacerdos ſurgit, & clara voce dicit: producens manu ſignum Crucis: Ut hoc Cœmeterium purgare & bene ✠ dicere digneris. Te rogamus audi nos.

Deinde Sacerdos ut prius genuflectit, & Litaniæ perficiuntur.

Quibus finitis, ſurgunt omnes, & Sacerdos Crucem aſpergit aqua benedicta, dicens Antiphonam. Aſperges me Domine

hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. Miſerere mei Deus, &c. dicitur totus ab aſtantibus, cum Gloria Patri &c. quo dicto repetitur Antiphona. Dum dicitur Pſalmus, Sacerdos circuit, & perambulat totum Cœmeterium, incipiens ad ejus dexteram, aſpergens ubique aqua benedicta; quo facto, redit ante crucem, & ad ipſam reſpiciens, dicit:

Oremus.

Deus, qui es totius orbis Conditor, & humani generis Redemptor, cunctarumque creaturarum viſibilium & inviſibilium perfectus Diſpoſitor, te ſupplici voce ac puro corde expoſcimus, ut hoc Cœmeterium, in quo famulorum famularumque tuarum corpora quieſcere debent, poſt curricula hujus vitæ labentia, pur ✠ gare, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris: quique remiſſionem omnium peccatorum per tuam magnam miſericordiam

in

in te confitentibus præstitisti, corporibus quoque eorum in hoc Cœmeterio quiescentibus, & tubam primi Archangeli expectantibus consolationem perpetuam largiter impertire. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tunc figit in summitate crucis unam ex tribus candelis ardentibus, & alias duas similiter ardentes in duobus brachiis ejusdem Crucis. Deinde incensat ipsam Crucem, & aspergens aqua benedicta redit cum ministris in sacristiam.

INSTRUCTIO
PRO EXPOSITIS TEMPORE PESTIS.

Parochus hac temporum iniquitate non sit mercenarius, sed ex numero eorum, qui animam suam pro ovibus suis ponere desudant, singulariter, & sine temporis mora suos parochianos ad confessionem generalem, frequentem reconciliationem, & communionem adhortetur, diem, & horam mortis incertam, præsertim furorem Dei, quo nos arguere, & ira sua

sua corripere decernit, ex cathedra cum emphasi proponat. Jejunia, orationes, & processiones publicas: quæ loco jam infecto, ut reliqui conventus omittendæ sunt, juxta loci, & temporis opportunitatem instituat, Sacramenta petentibus, ut Baptismum, Pœnitentiam, & Eucharistiam, ne oviculæ suo Pastore viduentur, & iis maximo animarum dispendio spiritualis alimonia subtrahatur, brevissime cum magna cautela, & præservatione sanitatis administret, S. Unctionem autem, cujus administratio cæteris periculosior est, vel penitus, vel reliqua omnia præter SS. Unctiones omittat, ante omnia vero animam suam ab omni macula emundet, & se Deo, in cujus manu vita, & mors est, cum plena fiducia commendet, non temere autem se periculo exponat. Et quemadmodum experientia comprobatur, hoc malum ex concursu hominum in Ecclesia in alios adhuc sanos facile propagari: hinc officia divina diebus de præcepto festivis superiorum judicio extra Ecclesiam in loco publico ad Sacrificium decenter instructo, quando aeris temperies id patietur, celebret, & Sacramentum pœnitentiæ sub libero aere administret.

IN-

INSTRUCTIO
ASSISTENDI IIS, QUI AD MORTEM DAMNANTUR.

Non ultima pastoralis officii pars est reos ad mortem damnatos ad felicem ex hac vita exitum comparare. Labor plenus quidem molestiis, quique prope ferream patientiam exigit, verum etiam ferax cœlestis meriti, quod animarum curator sibi proponat, ne ipse despondeat animos lata sententia, ubi primo reum convenire datur, insudandum est omni conatu, ut rei animum sibi devinciat; ad quod non parum conducet, si modo reum ante captivum in carcere visitaverit, spirituali alloquio recreaverit, & ad patientiam animaverit. Ubi vero hoc fieri non potuit, non tamen illico a pronuntiata sententia de morte inferatur sermo, neque animo, qui recenti mortis nuntio perculsus est, statim obtrudantur principia spiritualia, sed sibi reus aliquantisper relinquatur, ut a metu se colligat: tum per familiarem discursum ad persuadendam animi resignationem descendat proposito Servatoris nostri exemplo mortem a Patre æterno sibi destinatam acceptantis.

Sic comparato fiat mentio de confessione & quidem generali, merito enim dubitari potest, num

omnes

omnes per vitam reliquam confessiones, ut oportet, peractæ fuerint. Conveniens autem est, ut præmittatur brevis instructio cathechetica de confessione, nam id generis homines in doctrina christianæ plerumque rudes inveniuntur. Suggeratur itaque modus examinandi conscientiam, motiva ad veram contritionem & propositum de cætero non peccandi eliciendum, ita dispositi confessio magna cum patientia excipiatur, neque grave sit, sæpius intra fatale triduum reiterare, præcipue, si reus ipse petat. Peracta confessione Communio per modum viatici eidem detur. Quod superest tempus, transigatur inter pias comprecationes, spirituales discursus, agendo de infinita Dei misericordia, de passione Domini, de necessaria satisfactione pro peccatis, de gloria cœlesti, & de similibus, quæ reo magis profutura animadverterit.

Longe difficilior casus est, si rei pervicacia Sacerdotis pium conatum eludit, non tamen idcirco illico despondendus est animus. Commendet primum per preces hoc negotium Deo cordium & renum Scrutatori, tum remedia aggrediatur. Sæpe profuit, eorum furias, modo absint blasphemiæ, imperterrito silentio, & quasi surda aure excipere, & nonnisi brevibus & efficacibus verbis earum inanitatem ostendere, nam observantes, nullam obstinationis suæ

ratio-

rationem haberi, ſponte ſua deſiſtunt, & victas dant palmas. Quod ſi rei abutantur Sacerdotis patientia, ſeque injuſte condemnatos pertinaciter aſſerant, amice & quaſi per compaſſionem perſuadeantur, ut ponant tantiſper furias, atque narrent, qua ratione in hunc infelicem ſtatum devenerint. Solent enim in illa rabie ad conteſtandam innocentiam ſuam multa eloqui, & cum perplexo ſint animo, facile aliquid proferunt, quo ſe manifeſte reos probant, ut adeo propria manu Sacerdoti arma ſuppeditent, quibus feroces eorum animos expugnare, & in acceptanda ſcelerum pœna divinæ voluntati conformes reddere valeat. Cæterum chriſtiana prudentia, longa experientia, & cœleſte lumen aptiſſima media ſuggerunt. Die eductionis, donec veniat hora ultima, reus pio alloquio & precibus occupetur. In fatali itinere reus Crucifixi effigiem in manibus teneat, moneaturque, ut in hanc oculos intentos habeat, ne per alia objecta intuenda collectio animi turbetur. Sacerdos rei comes ſuggerat clara voce affectus fidei, ſpei, charitatis, doloris, propoſiti, oblationis ſui, gratiarum actionis, per brevia ſuſpiria revocentur in memoriam myſteria paſſionis Domini, invocetur auxilium divinæ Matris, S. Angeli cuſtodis, & aliorum Sanctorum. Similes affectus reperiuntur in libellis, qui de aſſiſtentia moribundorum agunt. Hæc continuentur uſque ad ſupplicii locum.

In loco supplicii rei confessio iterato excipiatur, moneaturque, ut, si quid forte gravaret conscientiam, posito metu, abjectoque respectu humano sincere aperiat, utque modo mortem ipsam spontanea resignatione de manu Dei accipiat, non quod mori cogatur, sed quod ipse ad plenius expianda scelera sua divinæ humanæque justitiæ etiam vita & sanguinis profusione satisfacere desideraret. Data absolutione pro obtinendis plenariis indulgentiis inter sanctissima Jesu, Mariæ, & Joseph nomina Crucifixi effigies deosculanda præbeatur. Tum inchoentur iterum clara voce affectus, quales moribundis suggeri solent, sicque continuentur, donec commendando spiritum in manus Domini fatalis ictus vitam finiat.

Plus negotii & molestiæ est, si ii, qui morte plectuntur, vel hæretici, vel alia de causa excommunicati sint, meminerit Parochus, facultatem ab Ordinario petendam esse, qua instructus reum ab Ecclesiasticis censuris rite absolvere possit.

Unterweisung

für alle Hebammen und Helferinnen des wienerischen Kirchensprengels, wie auch für alle diejenigen, die im Falle der Noth bey einer gefährlichen Geburt sich einfinden dürften.

Die Wachsamkeit und Sorge für alles jenes, was immer zur Beförderung des ewigen Heils gereichen kann, muß nothwendig bey jenen vorzüglich verwendet und verdoppelt werden, welche durch ihr eigenes Zuthun und Kräfte das ihrige zu suchen, annoch außer Stande sich befinden.

In diese gefährliche und betrübte Lage werden fast täglich die neugebohrnen Kinder, nnd noch mehr jene unzeitigen Geburten versetzet, welche schon mit der unsterblichen Seele, dem Bilde Gottes, bezeichnet sind.

Das Sakrament der heiligen Taufe allein kann diese Geschöpfe dem ewigen Untergange entreißen, und ihnen die Pforten der Himmel eröfnen, wenn denjenigen vor andern, zu derer Pflichte und Amte es gehöret, den gebährenden Müttern beyzustehen, die Kenntniß und Wissenschaft mitgetheilet wird: wann, und wie die unzeitigen und gefährlichen Geburten zu taufen kommen? Daher sollen sie wissen, und auch öfters wohl zu Gemüthe führen, daß die Taufe ein Sakrament der Wiedergeburt durch das Wasser im Worte, und zur Seligkeit das nothwendigste Sakrament sey. Eph. 2. 3. Und mit diesem haben sie alle unzeitigen Geburten, wessen Zeit sie immer sind, sofern sie nur nicht augenscheinlich verfaulet sind, wie auch im Falle der Noth alle schwachen Kin-

der, jedoch die ersteren mit dem merklichen Unterschiede, den sie in den nachfolgenden Absätzen zu ersehen haben, zu taufen.

Diese Taufe aber in allen vorkommenden Fällen recht und giltig zu ertheilen, müssen sie drey Stücke, so erfordert werden, wohl begreifen.

Erstlich: Daß sie die Meinung haben, christlich, das ist: nach Maaß der Einsetzung Christi, zu taufen.

Zweytens: Daß sie das Kind mit natürlichem Wasser taufen.

Drittens: Daß sie zugleich in Begießung des Wassers sprechen:

Ich taufe dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Hiebey haben sie wohl zu bemerken, daß die wesentliche Bedeutung dieser Worte keinesweges dürfe verändert werden; denn, da sie sagen: Ich taufe, wird die Person des Taufenden, und die Uebung der Taufe angezeiget: durch das Wort dich, muß die Person desjenigen, der getauft wird, angedeutet werden.

Viertens: Haben sie mit besonderer Aufmerksamkeit zu beobachten, daß sie alle drey göttlichen Personen namentlich aussprechen; denn es ist die Taufe ungiltig, sofern sie dieses Wort, ich taufe, oder dieses Wort dich, oder die ausdrückliche Benennung der drey göttlichen Personen ausließen.

Sie müssen daher unumgänglich diese Worte aussprechen:

Ich taufe dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Die Ursache dessen ist, weil Christus selbst die Worte zur Taufe verordnet hat. Bey der Verrichtung der Taufe selbst aber haben sie annebst gut umzusehen

Erstens: Daß sie die Worte unter währender Begießung, nicht aber nach der Begießung, oder vor der Begießung ausprechen, folglich unter Aussprechung des Wortes:

Ich

Ich taufe,

sollen sie das Wasser über das Kind fließen lassen, damit, soviel möglich, die Worte mit der Uebung, übereinstimmen, und in der That gewirket werde, was der Mund ausspricht.

Zweytens: Haben sie Acht zu haben, daß sie, oder die Person, die das Kind begießet, auch zugleich die zur Taufe nothwendigen Worte ausspräche; denn wenn eine Person begöße, und die andere Person die Worte ausspräche, wäre die Taufe ungiltig.

Drittens: Müssen sie die Begießung dreymal, in Gestalt und Form eines Kreuzes machen: im Falle der Noth aber auch nur eine einfache Begießung anwenden.

Viertens: Müssen sie zwar nach allgemeinem Gebrauche das Wasser über das Haupt des Kindes, als den ersten und vornehmsten Theil des menschlichen Leibes gießen; sollte aber das Haupt nicht können begossen werden; so sollen sie einen anderen Haupttheil des Menschen, als da sind die Brust, oder die Schultern, auch ohne Bedingniß: im Falle aber keiner aus den Haupttheilen zum Vorschein käme, sondern nur ein Händlein, oder Füßlein, so können und müssen sie selbes mit dem Wasser begießen, und mit der Bedingniß sprechen:

Wenn du fähig bist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Wenn aber nachgends einer aus den Haupttheilen des menschlichen Leibes hervorkäme: so sollten sie das Kind zu mehrerer Sicherheit alsogleich wieder taufen; jedoch mit beygesetzter Bedingniß:

Wenn du nicht getaufet bist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Aus diesem ersehen sie, in welchen Umständen, im Falle der Noth, mit beygesetzter Bedingniß sie zu taufen haben. Itzt sind sie noch zu unterrichten in verschiedenen andern Zufällen.

Er-

Erstens: Daß sie, wenn sie kein natürliches Wasser bey Handen haben, sondern nur ein solches Wasser, von welchem man billig zweifeln kann, ob es die Wesenheit eines natürlichen Wassers habe; in diesem Falle nicht anderst, als Bedingnißweise ein solches Wasser zur Taufe anwenden, und sprechen:

Wenn dieses zur Tauf taugliches Wasser ist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Sobald aber in dieser Noth ein natürliches Wasser beygebracht würde: müssen sie die Taufe wiederholen, mit beygefügten Bedingnißworten.

Wenn du nicht getaufet bist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Zweytens: Haben sie allzeit nur Bedingnißweise zu taufen, wenn sie zweifeln, ob das Kind oder die unzeitige Geburt annoch lebe, und zu sprechen:

Wenn du fähig bist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Drittens: Wenn nur ein minderer Theil des Kindes, als da sind ein Füßlein, ein Händlein, oder sogar nur ein Fingerlein könnte begossen werden, müssen sie mit Bedingniß taufen, und sprechen:

Wenn du fähig bist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Viertens: Im Falle ein Leib mit zweyen Köpfen gebohren würde: müssen sie die Mißgeburt in einem Kopfe ohne Bedingniß, im andern Kopfe aber mit Bedingniß taufen, und sprechen:

Wenn du nicht getaufet bist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Fünftens: Sollen sie aber vermerken, daß Zwillinge im Mutter Leibe wären, und zwey Hände oder Füßlein in Vor-

chein kämen, also, daß sie nicht wüßten, ob diese Glieder von einem oder zweyen Kindern wären: so sollen sie erstens ein Glied mit dem Wasser begießen, und die Worte aussprechen, hernach das andere mit dem Wasser begießen, und wiederum die Taufworte aussprechen, aber beydesmal mit beygesetzten Bedingnissen, und zwar bey der ersten Begießung die Bedingniß:

Wenn du fähig bist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Bey der andern aber die Bedingniß:

Wenn du fähig, und nicht getauft bist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Sollten aber die Zwillinge die Hände oder das Füßlein wiederum zuruckziehen, und nach der Zeit zur Welt gebohren werden: so sollen sie wiederum Bedingnißweise taufen, und sprechen:

Wenn du nicht getaufet bist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns und des heiligen Geistes.

weil man nicht bestimmen kann, ob beyde Hände oder Füßlein eines, oder beyder Kinder gewesen sind.

Sechstens: Sollen auch die kleinsten unzeitigen Geburten, ob sie schon noch in dem Häutlein eingeschlossen, wenn sie auch nur einige Tage von der Empfängniß alt, und nicht augenscheinlich verfaulet sind, wie auch alle Monkinder oder Mola, von ihnen getaufet werden, unter dieser Bedingniß:

Wenn du fähig bist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

und nachdem das Häutlein, oder das Monkind, (Mola) aufgeschnitten ist: sollen sie selbes abermal bey dreymaliger Eintauchung in ein natürliches Wasser, unter diesen Bedingnissen taufen.

Wenn du fähig, und noch nicht getauft bist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Siebentens: Sollen sie sich, sofern eine Gefahr des Lebens der Gebährmutter drohet, auf das nachdrücklichste angelegen seyn lassen, daß sie sich bey Zeiten um Hülfe verständiger Männer umsehen, durch deren Beystand dem ewigen Heile der Frucht vorgesehen werde.

Achtens: Sollen sie wissen, daß in allen Fällen, wo das Kind mit einer ungewissen Materie, Form oder Art ist getauft worden, nach erkannter Ungewißheit der recht gegebenen Taufe selbe Bedingnißweise wiederholet werden müsse:

Wenn du nicht getauft bist, so taufe ich dich im Namen des Vaters, und des Sohns, und des heiligen Geistes.

Ueber das befehlen wir allen, die zu derley verwirrten Umständen kommen und beruffen werden: insonderheit aber den Hebammen und Helferinnen binden wir ein, und wollen hiemit euer Gewissen auf das schärfeste beladen haben, daß ihr euch auf alle Fälle bereit haltet, und wohl erwäget, was ihr in solcher Noth für Maaßregeln zu nehmen, und was für eine Vorschrift, die Taufe recht zu ertheilen euch gegeben worden.

Schließlich sollen sie, sobald sie zu einer gefährlichen Gebährmutter beruffen werden, mit natürlichen Wasser sich im voraus versehen, auf die Worte der Taufe sich wohl erinnern, damit sie im Falle der Noth nicht irre werden, sondern mit Ueberlegung, mit Sorgfalt und Bescheidenheit diesen Unterricht befolgen, auch den Seelsorger alsogleich, wenn es die Zeit, das Kind zu taufen zuläßt, zu ruffen veranstalten.

Deo ter optimo, maximo, Virgini Deiparæ, Divo Protomartyri Stephano, & omnibus Sanctis laus, honor, & gloria.

INDEX.

RERUM ET MATERIARUM, QUÆ IN HOC RITUALI LIBRO CONTINENTUR.

Fol.

Canones generales administrationis Sacramentorum 1
De Sacramento Baptiſmi adminiſtrando 8
De materia Baptiſmi 9
De forma Baptiſmi 11
De Miniſtro Baptiſmi 13
De baptizandis parvulis 14
De Patrinis 17
De tempore & loco adminiſtrandi Baptiſmum 19
De ſacris oleis & aliis requiſitis 20
Ordo baptizandi maſculos & fœmellas 27
Monitiones 44
De Baptiſmo infantis, cujus ſubitæ & inſtantis mortis timetur periculum 44

Fol.

Ordo ſupplendi cæremonias Baptiſmi 46
Ritus baptizandi adultos 62
Ordo baptizandi marem adultum 70
Ordo baptizandi fœminam adultam 100
Ritus obſervandus cum Epiſcopus baptizat 130
Ritus benedicendi ſalem ad Baptiſmum adhibendum 133
Benedictio fontis Baptiſmi extra Sabbatum Paſchæ & Pentecoſtes 134
Ordo introducendi mulierem in Eccleſiam poſt partum 145
De Sacramento Confirmationis 150

Fol.

De Sacramento pœnitentiæ 151

Ordo miniſtrandi Sacramentum pœnitentiæ 154

Forma abſolutionis 161

Forma abſolutionis ab excommunicatione in foro exteriori 163

Forma abſolutionis ab excommunicatione majori in foro conſcientiæ 168

Profeſſio, oder allgemeine Bekänntniß des wahren katholiſchen Glaubens 171

De Sacramento Euchariſtiæ 180

Ordo miniſtrandi ſacram Communionem 186

De Communione Paſchali 191

De Communione infirmorum 193

Fol.

De Sacramento extremæ unctionis 202

Ordo miniſtrandi Sacramentum extremæ unctionis 208

Ritus ac forma adminiſtrandi ægrotis Sacramentum extremæ unctionis 210

De viſitatione & cura infirmorum 244

Modus juvandi morientes 251

Formula pro plenaria indulgentia in articulo mortis 256

Cura pro defunctis gerenda 262

Quibus non licet dare Eccleſiaſticam ſepulturam 266

Declarationes & deciſiones circa funeralia 267

Officium ſepulturæ adulti 273

Ordo ſepulturæ parvurum

Fol.

lorum baptizatorum 283

De ſepultura parvulorum non baptizatorum 288

De officio faciendo in exſequiis abſente corpore 289

De Sacramento Ordinis 292

De Sacramento Matrimonii 297

De impedimentis dirimentibus Matrimonium 301

De impedimentis impedientibus Matrimonium 304

Declarationes & deciſiones circa Matrimonialia bene obſervandæ 307

Ritus ac forma ſolenniter celebrandi Matrimonium 314

Benedictio annulorum 322

Fol.

Benedictio Thalami 323

Vorſchrift des Eides für diejenige, welchen die drey Verkündigungen nachgeſehen ſind 327

Formula copulandi idiomate gallico 328

De Proceſſione in Feſto Corporis Chriſti 335

De benedictionibus regulæ generales 352

Benedictio & thurificatio domorum in vigilia Nativitatis Domini 354

Benedictio vini in Feſto S. Joannis Evangeliſtæ 356

Benedictio & thurificatio Domorum in vigilia Circumciſionis D. N. J. Chriſti 361

Benedictio cretæ 362

Benedictio incenſi vel thuris 363

Benedictio domorum in vigi-

Bayerische Staatsbibliothek München

Fol.

vigilia Epiphaniæ Domini 364

Benedictio aquæ in vigilia Epiphaniæ Domini 365

Benedictio ſalis in Feſto S. Blaſii 381

Benedictio candelarum in Feſto S. Blaſii 383

Benedictio Agni Paſchalis, carnium, panis &c. 385

Benedictio animalium graſſante morbo 387

Benedictio agrorum & vinearum 391

Benedictio contra mures, locuſtas, bruchas &c. 394

Fol.

Ritus benedicendi novam Eccleſiam, ſeu oratorium publicum, ut ibi ſanctiſſimum Miſſæ Sacrificium celebrari poſſit 401

Ritus benedicendi novum cœmeterium per Sacerdotem ab Epiſcopo delegatum 409

Inſtructio pro Expoſitis tempore peſtis 413

Inſtructio aſſiſtendi iis, qui ad mortem damnantur 415

Unterweiſung für alle Hebammen und Helferinnen ꝛc. 419

Bayerische Staatsbibliothek München

Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Migazzi, Christoph Anton von,

Rituale Viennense Ad Usum Romanum Accomodatum

[Wien] 1774

4 Liturg. 584
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10524897-5
VD18 14623935